Ap. Claudius Pulcher cum Q. Cæcilio Metello Macedonico anno V. C. 611. iniuſſu populi de Salaſſis in pandio privato triumphavit.
Claudia Veſtalis triũphali curru cum fratre vecta eſt.
C. Claudius Pulcher conſ. cum M. Perpanna anno V. C. 604.
Poſt hos familia Neronum diu ſine honorib. manſit uſq; ad ætatem C. Cæſaris Augusti, qui Tib. Neronis prætoris an. V. C. 715 uxorem LIVIAM ſibi matrimonio iunxit, & filios ejus Tiberium & Drusum domi ſuæ educavit: è quib. Tiberius poſteà adoptatus imperator Aug. eſt fact. Ex Druſo Germanicus, & Claudius imp. ſunt nati ex Germanico genitus fuit C. Caligula imp.
C. Claudius Pulcher conſ. cum M. Perpanna anno V. C. 662.
Claudia nupta Q. Marcio Philippo.
Claudia nupta Tib. Sẽp Graccho, q in tribunato legẽ agrariam ferens eſt occiſus.
Ap. Claudius Pulcher ſcurrilitati quam dicacitati in dicendo propior: de quo Cicero i. 3. de Orat.
C. Claudius Pulcher Prætor anno V. C. 680 vict' à Spartaco.
Ap. Claudius Pulcher conſ cum P. Servilio anno V. C. 675.
C. Claudius Pulcher, de quo nihil memoriæ proditum.
L. Livius Druſus Claudianus per adoptionem ex Claudia gente tranſlatus in Liviam.
Ap. Claudius Pulcher prætor ãno V. C. 691. conſ. cum L. Domitio Ænobarbo anno 700, cenſor cum L. Calp. Piſone anno 704.
C. Claudius vixit ſine honorib.
P. Clodius Pulcher Ciceronis inimicus capitalis, cũ adoptandũ ſe M. Fonteio homini plebeio dediſſet, tribun' pl. creatus perniciosas leges inii, Ciceronem in exilium egit: tandem a Milone occiſus in via Appiâ. Vxor ei fuit Fulvia, nupta poſtea M. Antonio: ex qua ſuſcepti liberi.
Clodia nupta Q. Marcio regi.
Claudia Quadrantaria uxor Q. Metelli Celeris, impudica maritum veneno necavit.
Clodia nupta L. Lucullo pudoris profligati, à coitu inceſto cum fratre P. Clodio quoque non abſtinens.
Ap. Claudius Pulcher cõſ. cum C. Norbano Flacco anno V. C. 716, qui fuit annos ſeptimus poſt cædem C. Iulij Cæſaris.
LIVIA nupta Tiberio Neroni, deinde Cæſari Auguſto.
Ap. Claudius cũ fratre C. perſecutus eſt Milonem ob cædem patrui.
Claudia nupta Cn. Pompeio Magni filio.
Claudia nupta M. Bruto.
P. Claudius Pulcher, cujus Cicero meminit epiſtolarum ad Attic lib. 14, & Philippicâ Oratione 11.
Clodia ſponſa C. Cæſaris Octaviani, virgo adhuc ab eo repudiata ob ſimultatẽ cum matre Fulvia.
TIBERIVS NERO imp.
Druſus domi Auguſti natus.
Ap. Claudius adulter Iuliæ Auguſti Cæſaris filiæ.


ALTERA CLAUDIAE GENTIS FAMILIA MARCELLORUM, NOBILIS QUIDEM, SED PLEBEIA.
M. CLAUDIUS MARCELLUS cons. cum C. Valerio Flacco anno V. C. 425: Dict. comitiorum habend. causa anno 429 vitio factus abdicavit.
M. CLAUDIUS MARCELLUS cons. cum C. Nautio Rutilo anno V. C. 467.
M. Claudius Marcellus obscurus.
M. CLAUDIUS MARCELLUS quinquies cons. 1 cum Cn. Cornelio Scipione anno V. C. 532, quando caeso in acie Viridomaro Gallorum Insub. rege tertio opima spolia relata Iovi Feretrio suspendit: 2 cum Tib. Semp. Graccho anno 539: vitio factus abdicavit, successore accepto Q. Fabio Max. Verrucoso: 3 cum eodem Q. Fabio Max. Verrucoso anno 540: 4 cum M. Valerio Laevino anno 544: 5 cum T. Quinctio Crispino anno 546, in quo consulatu ab Annibale circumventus perijt cum collega. Syracusas in Sicilia proconsul cepit. Gladius populi Rom. vulgò dictus.
M. CLAUDIUS MARCELLUS praetor anno V. C. 556, cons. cum L. Furio Purpureone anno V. C. 558, censor cum T. Quinctio Flaminio anno 565: obijt 577.
M. CLAUDIUS MARCELLUS praetor anno V. C. 566, cons. cum Q. Fabio Labeone anno 571.
M. CLAUDIUS MARCELLUS praetor anno V. C. 585: cons. cũ C. Sulpitio Gallo anno 588: iterùm cons. cum P. Corn. Scip. Nasicà anno 599, tertiùm cum L. Valerio Flacco anno 602, quo ipse in mari perijt.
M. Claudius Marcellus nullum magistratum gessit.
C. Claudius Marcellus & ipse inglorius ac sine magistratu.
M. CLAUDIUS MARCELLUS cons. cum Ser. Sulpitio anno V. C. 701, intercessione Senatus C. Caesari victori reconciliatus ante reditum in patriam Athenis à Magio Cilone est occisus. Pro hujus restitutione Cicero publicè Caesari gratias agit oratione ea, quae extat.
C. CLAUDIUS MARCELLUS cons. cum L. Corn. Lentulo anno V. C. 705. obijt statim post bellum Perusinum.
C. CLAUDIUS MARCELLUS cons. cum L. Aemilio Paulo anno V. C. 704.
C. CLAUDIUS MARCELLUS maritus Octaviae majoris, quae soror fuit C. Octaviani Augusti, cons. cum L. Arruntio anno V. C. 738. De hujus tamen patre variant autores, ut & de consulatu.
OCTAVIA soror Augusti imp. bis nupta.
M. ANTONIUS Triumvir secundus maritus Octaviae.
M. CLAUDIUS MARCELLUS primus maritus Iuliae filiae Augusti imp. in aedilitate mortuus, à Virgilio celebrat. Aeneid. lib. 6.
Antonia major nupta Cn. Domitio, avia paterna Neronis imp.
Antonia minor nupta Druso Tiberij imp. fratri.


P. Manlius.
CN. MANLIVS P. F. VVLSO consul cum M. Fabio Vibulano anno V. C. 274.
A. MANLIVS VVLSO Conf. cum L. Furio, anno V. C. 280: legatus Athenas missus cognoscendarum legum causa anno V. C. 300.
A. MANLIVS VVLSO CAPITOLINVS, trib. mil. cons. pot. anno V. C. 342. 351. 356.
M. MANLIVS VVLSO, trib. mil. c. p. anno V. C. 333.
L. MANLIVS VVLSO trib. mil. c. p. anno V. C. 331.
A. MANLIVS Capitolinus trib. mil. c. p. anno V. C. 368, 370, 372, 384.
M. MANLIVS CAPITOLINVS cons. cum L. Valerio Potito anno V. C. 364: Capitolium à Gallis Senonib. servavit: regni affectati damnatus de saxo Tarpeio præcipitatus anno V. C. 371.
P. MANLIVS Capitolin. trib. mil. c. p. anno V. C. 376, Dict. anno 388, iterum trib. mil. c. p. anno 389.
L. MANLIVS Capitolinus imperiosus, trib. mil. c. p. anno V. C. 381. Dict. clavi figendi causa anno V. C. 393.
P. Manlius inglorius.
A. MANLIVS Vulso Longus, obscurus.
L. MANLIVS Vulso Longus, cons. cum Q. Cædicio, & hoc mortuo cum M. Atilio Regulo anno V. C. 498, iterum cum C. Atilio Regulo anno 504. Cum Pœnis bellum gessit & triumphum meruit.
Cn. MANLIVS Capitolinus Imperiosus cons. cum M. Popilio Lænate anno V. C. 397, iterum cum C. Marcio anno 399. Ccos. cum eodem anno 405.
Cn. MANLIVS magist. eq. sub L. Furio Camillo anno V. C. 411.
T. MANLIVS Capitolinus TORQVATVS patrem à vexatione tribunicia liberavit; Gallum provocantem in monomachia occidit, & aureâ torque spoliat: unde Torquatus dictus. Dict. anno V. C. 403, iterum Dict. anno 407. Cons. cum C. Plautio anno 409: iterum cons. cum C. Marcio Rutilo III anno 412. tertium cons. cum P. Decio Mure anno 416. Dict. tertium ao 415.
T. MANLIVS Capitol. TORQ. à patre, quod extra ordinem quanquam feliciter in hostem pugnasset bello Latino, securi percussus.
T. MANLIVS Capitol. TORQVATVS cons. cum M. Fulvio Pætino anno V. C. 455, in magistratu hoc in Hetruria periit.
L. MANLIVS Vulso prætor anno V. C. 536, à Gallis fusus fugatusque.
Cn. Manlius Vulso obscur.
P. MANLIVS Vulso prætor Sardiniam obtinuit, anno V. C. 544.
L. MANLIVS Vulso prætor Siciliam obtinuit anno V. C. 557.
Cn. Manlius Vulso cons. cũ M. Fulvio Nobiliore ãno V. C. 565. de Gallis, qui in Asia sunt, triumphavit.
A. Manlius Vulso consul cu M. Iunio Bruto anno V. C. 576.
P. MANLIVS Vulso prætor anno V. C. 559. item anno 572.
T. MANLIVS TORQVATVS Cõs. cum C. Atilio Bulbo anno V. C. 519. de Sardis triumphavit. Censor cum Q. Fulvio anno 522, iterum cons. cum Q. Fulvio Flacco II anno 530: iterũ Dict. anno 548. Pont. Max. obijt anno 552.
A. MANLIVS TORQ. Atticus Censor cum A. Atilio Calatino anno V. C. 507, cons. cum C. Sempronio Blæso anno V. C. 510. iterum cum Q. Lutatio Cercone anno 513.
L. Manlius Acidin' Fulvianus prætor in Hisp. gessit Cons. cum Q. Fulvio Flacco anno V. C. 575.
A. MANLIVS TORQVATVS Prætor anno V. C. 517. Cons. cum Q. Cassio Longino anno 550.
T. MANLIVS TORQVATVS prætor anno V. C. 584, cons. cum Cn. Octavio anno 589: juris utriusq; peritissimus. Pontifex filium suum in adoptionem datum D. Silano accusatum à Macedonib. tristi sententiâ ad mortem compulit.
T. MANLIVS TORQ. à D. Iunio Silano adoptatus prætor Macedoniam provinciam fortitus cum eam spoliasset, à provincialib. accusatus, à patre Torquato apud ipsum causam dicere jussus, & ejus sententiâ damnatus semet interemit.



L. Manlius Torq. Incertum quomodo cum serie superiore cohaereat.

L. MANLIVS TORQVATVS L. Syllam cōpetitorem suum jam consulem designatum, accusatum ambitus honore dejecit, & ejus loco ipse consul factus est cum L. Aurelio Cotta anno V. C. 689, ab eloquentia à Cicerone commendatus, Macedoniae aliquandiu ex consulatu praefuit.

L. MANLIVS TORQ. juvenis eundem L. Syllam conjurationis cum L. Catilina accusavit: sed Syllam Cicero defendens periculo liberavit. Idem Manlius bello civili captus à C. Cęsare, servatusq;. Verùm bello repetito in Africâ cum P. Scipione periit.

Manlius Torq. de quo etiam dubium, quomodo cum aliis cohaereat.

T. Manlius Torq. nullo honore clarus.


T. MANLIVS TORQ à dicendi facultate Ciceroni laudatus, morte praeventus ad cōsulatum non pervenit.

Torquata nupta A. Manlio Torq patris sui patrueli teste Cicerone.

A. Torquatus, de quo etiam nihil nobis constat.

A. MANLIVS TORQ. Ciceronis singularis amicus, ab hoc laudatus lib. 2 de finib. ad quem extant ejusdem epistolae: bello civili M. Brutum secutus est. eoque victo à Pomp. Attico defensus.

HORATII



Horatius originem trahens à P. Horatio tergemino, qui sub Tullo Hostilio rege tergeminis Curiatiis devictis imperium Romanis peperit in Albanos.

Horatius Pulvillus, de quo nihil memoriae proditum.

P. HORATIVS COCLES pontem sublicium Tyberi instratum defendit contra Porsenam regem Clusinum.

M. HORATIVS PVLVILLVS Cons. cum M. Valerio Publicola anno V.C. 245, qui fuit annus primus post exactos Româ reges: Capitolium dedicavit.

C. HORATIVS PVLVILLVS cons. cum T. Menenio anno V. C. 277, quo anno 306 Fabii ad Cremeram caesi.

M. Horatius Pulvillus, de quo nihil extat.

C. HORATIVS PVLVILLVS cons. cum Q. Minutio anno V. C. 297: Augur obiit anno 302.

M. HORATIVS BARBATVS cons. cum L. Valerio Potito anno. V. C. 305. Hi consules Decemviros magistratu abire coegerunt, & leges pro libertate civium tulerunt.

L. HORATIVS BARBATVS trib. mil. cōs. pot. anno V.C. 330.

L. HORATIVS PVLVILLVS trib. milit. cons. pot. cum M. Furio Camillo iiii, & aliis anno V.C. 370.

M. HORATIVS PVLVILLVS trib. mil. cons. pot. anno V.C. 378.

Aimilius Mamercus, qui à Numa rege putatur originem duxisse.

L. AEMILIVS MAMERCVS cons. cum K. Fabio Vibulano anno V.C. 270: Volscos & Æquos vicit. Iterum cons. cum C. Servilio anno V.C. 276: III cons. cum Vopisco Iulio, anno 281.

TI. AEMILIVS MAMERCINVS cons. cum Valerio Potito anno V.C. 284, iterum Cons. cum Q. Fabio Vibul. anno 287.

C. AEMILIVS MAMERCINVS trib. mil. c. p. cum M. Camillo III, aliisque quatuor anno V.C. 362, & rursum anno 365. Volsinienses cecidit. Sapenorat ex filio nepos.

M. AEMILIVS MAMERCINVS honores videtur non cepisse.

MAM. AEMILIVS MAMERCINVS trib. c. p. anno V.C. 316: Dict. anno 317, de Faliscis, Veientib. Fidenatib. triumphavit: iterum Dict. anno 320 legem de censuræ tépore arctando tulit. III Dict. anno 329 de Veientib. & Fidenatib. rursum triumphavit.

M. AEMILIVS MAMERCINVS cons. cum M. Valerio Potito Voluso anno V.C. 346 trib. mil. c. p. anno 351. iterum trib. anno 353. III trib. mil. c. p. anno 355.

M. AEMILIVS MAMERCINVS trib. mil. c. p. anno V.C. 365.

L. AEMILIVS MAMERCINVS trib. mil. c. p. anno 367: iterum trib. mil. c. p. anno 369. III anno 372, IIII anno 371, V anno 379.

L. AEMILIVS MAMERCINVS mag. eq. sub M. Camillo IIII Dict. anno V.C. 388. cons. cum L. Sextio Laterano primo è plebeiis anno V.C. 390: iterum cum Cn. Genucio anno 393. mag. eq. II sub C. Iulio Dict.

L. AEMILIVS MAMERCINVS mag. eq. sub Iulio Iulo Dict. anno V.C. 404, iterum mag. eq. sub Dict. M. Valerio Corvo anno V.C. 414: cons. cum C. Plautio anno 415: Dict. Com. habend. gratiâ anno 421 cons. II cum C. Plautio Deciano anno 427. in honore PRIVERNAS app. ex victis & triumphatis Privernatibus. Dict. II anno 429 Samnites fudit.

TI. AEMILIVS MAMERCINVS cons. cum Q. Publilio Philone anno V.C. 417, senatui ob negatum sibi triumphum infensus.

M. AEMILIVS PAVLVS cons. cum M. Livio Dentre anno V.C. 452: mag. eq. sub Q. Fabio Max. Rulliano anno 454.


M. AEMILIVS PAVLVS LEPIDVS cons. cum C. Claudio Canina anno V.C. 469.

M. AEMILIVS PAVLVS cons. cum C. Ser. Fulvio Nobiliore Pætino anno V.C. 499. tempore belli Punici I.

M. AEMILIVS LEPIDVS cons. cum M. Poblicio Malleolo anno V.C. 522.

L. AEMILIVS PAVLVS cons. cum M. Livio Salinatore anno V.C. 535 de Illyriis victis triumphavit: iterum cós. cum C. Terentio Varrone anno V.C. 538. cum exercitu periit ad Cannas.

β



α
β
M' Aimil. Lepidus sine honore.
M. Aimilius Lepidus Ædilis Curul. anno V.C. 540: prætor an. seq. 541. Post X-vir sacrorum.
L. Aimil. Lepidus cum fratrib. ludos fecit per triduum anno V.C. 534.
L. AIMILIVS PAVLVS prætor an. V.C. 563 Antiochum M. Syriæ regem classe vicit, & anno seq. triumphavit: cons. cum Cn. Bœbio anno V.C. 571, de Liguribus Ingaunis triomphavit: iterum cons. cum C. Licinio Crasso anno V.C. 586, Persea Maced. regem victum cepit, deque eo triumphavit. Censor cum Q. Marcio anno 590, in quo honore obijt.
Aimilia uxor P. Scipionis Africani majoris.
P. Corn. Scipio Africanus major.
M' Aimil. Lepidus.
M. AIMILIVS LEPIDVS Pont. Max. prætor anno V.C. 562. cons. cum C. Flaminio an. 567: Censor cum M. Fulvio anno 574. iterum cons. cum P. Mutio Scævola anno 579, fit ac princeps Senatus: Legatus in Ægyptum missus, ut tutelam regis minorennis ageret. Obiit anno V.C. 602.
Papiria uxor 1 repudiata.
Vxor altera, cujus nomen ignoratur.
M. Aimilius Lepidus cons. an. V.C. 596 cũ C. Popilio Lænate.
M. Aimilius Lepidus Porcina cons. cum Hostilio Mancino an. V.C. 617.
Mam. Aimilius Lepidus consul cum L. Aurelio Oreste an. V.C. 628.
Q. Fabius Aimilianus adoptatus in gentē Fabiorum cons. cum L. Hostilio Mācino anno V.C. 609.
P. CORNEL. SCIPIO AFRICANVS junior, à filio Africani majoris adoptat', AIMILIANVS, qui Carthaginem delevit, & Numantiam.
Aimilia Tertia, cujus catellus Perseus carine sus à patre Aimilio in omen tractus est: nupta M. Catoni Liciaio, Catonis Censorij filio.
Aimilia nupta Q. Ailio Tuberoni viro optimo sed pauperi.
Aimilius Paulus adolescens 14 annorū, 5 dieb. ante triumphum patris obijt.
Aimilius Paulus cum esset 12 annorum, triduō post patris triumphum extinctus est.
Q. Aimilius Lepidus obscurus.
Mam. Aimilius Lepidus cōs. cū D. Iunio Bruto anno V.C. 677, cui Liviani cognomen, quod ex Liviis esset adoptatus.
Q. Fabius Maximus Allobrogicus, consul cū L. Opimio anno V.C. 632, Cens. cū C. Licinio anno 641.
Q. Fabius Max. degener.
M' Aimilius Lepidus cōs. cū L. Volcatio Tullo anno V.C. 688.
M. Aimilius Lepidus cons. Q. Lutatio Catulo an. V.C. 676, acta L. Syllæ rescindere conatus arma civilia commovit.
Q. Aimilius Lepidus cōs. cū M. Volcatio anno V.C. 733.
M. Aimilius Lepidus cons. cum T. Statilio Tauro anno V.C. 764.
M. AIMILIVS LEPIDVS prætor anno V.C. 704, consul cum C Cæsare 118 & simul mag. eq. sub eodem Dict. anno V.C. 708, et iterum cons. cum L. Munatio Planco an. 712, Triumvir reip. constituendæ cū C. Cæsare Oct. & M. Antonio, potestate à Cæsare exutus vixit ad annum V.C. 740. Uxor huic fuit Ivnia, M. Bruti soror, & ex ea filius.
Pavlvs Aimilivs Lepidvs à fratre proscriptus, sed servatus, ab Augusto Censor factus cum L. Munatio anno V.C. 738. Hunc quidam confundunt cum L. Aimilio Paulo, qui consul fuit cum C. Marcello anno V.C. 704 sed valdè perperàm.
M. Aimilius Lepidus à moderatione & sapientiā laudatus apud Tacitum & imperij capax judicat' ab Augusto: cons. cum L. Arruntio anno V.C. 759.
L. Aimilius Lepidus cons. cum C. Cæsare anno V.C. 734 maritus Iuliæ Augusti neptis coniuratione in Augustū reus perijt.
M. Æmilius Lepidus ob coniurationē contra Cæsarem Augustum à C. Mæcenate occisus.
Aimilia Lepida nupta Druso Germanici filio, adulterij cum servo accusata semet interemit.
Aimilia Lepida sponsa Claudij, qui post imperavit, sed repudiata, nupta App. Iunio Silano.
Aimilius natus post patris damnationem, ideòq; alimentatio ejus vetita ab Augusto.

L. Aimilius.

Q. Aimilius Barbula.

M. Aimilius BARBVLA.

Q. AEMILIVS BARBVLA conſ. cum Iunio Bruto Bubulco anno V. C. 438: iterum conſ. cum eodem anno 445.

Aimilius, ...

L. AEMILIVS BARBVLA conſ. cum L. Marcio Philippo anno V. C. 471, bellum geſsit contra Tarentinos, Samnites, Salentinos, deque iis victis triumphavit.

L. Aimilius Barbula.

M. AEMILIVS BARBVLA conſ. cum M. Iunio Pera anno V. C. 524, Boios alioſq; Gallos Romam tendentes cum collegâ territos repreſſit.

M. AEMILIVS NVMIDA X vir ſacrorum obiit anno V. C. 544, belli Pun. II anno 9, qui an filius fuerit ſuperioris, incertum. Surrogatus ei fuit M. Aimilius Lepidus. Vide Livium lib. 26.

M. AEMILIVS PAPVS Dict. habend. comit. cauſâ creatus anno V. C. 434, qui annus pactione Caudinâ fuit infamis.


Cn. Aimilius Papus filiusne aut frater aut agnatus fuerit, incertum.


Q. AEMILIVS PAPVS conſ. cum C. Fabricio Luscino anno V. C. 472, iterum conſ. cum eodem anno 476, quo tempore bellum Tarentinum ei cum collega eſt demandatum: cenſor cum eodem anno 479.

L. AEMILIVS PAPVS conſ. cum C. Atilio Regulo anno V. C. 528, contra Gallos bellum geſsit, eorumque 40000 interfecit, 10000 cepit cum ipſo rege. Cenſor cum C. Flaminio anno V. C. 534.

M. AEMILIVS PAPVS curio ſacrorum maximus obiit anno V. C. 545, belli Pun. II anno 10. Livius lib. 27.

L. AEMILIVS PAPVS prætor Siciliam obtinuit anno V. C. 549 P. Cornelio Scipione, P. Licinio Craſſo Coſſ. X vir ſacrorum: in quo ſacerdotio obiit anno V. C. 582, eique ſurrogatus fuit M. Valerius Meſſala. Vide Livium l. 28. & 42.


Aimilius Scaurus
obscurus.
Aimilius Scaurus
& ipse inglorius.
Aimilius Scaurus
carbonariam dicitur
exercuisse, quanquam
gentis esset patritia,
Aimilius Scaurus
nullis honorib. aut
pub. gestis clarus.
M. AIMILIUS SCAURUS
primus hujus familiç ad temp.
accessit, ædilis, prætor, consul
cum M Cæcilio Metello anno
V. C. 619: proconsul Ligures
domuit: censor cum M Livio
Druso anno 644 viam Aimiliam
stravit: princeps senatus,
vir summæ in rep. autoritatis,
CÆCILIA
Q. Metelli filia,
nupta primò M.
Scauro, deinde à
morte ejus L.
Corn. Syllæ Fœlici.
Mutia Tertia
dimissa à Cn.
Pompeio M. nupta
deinde M.
Aimilio Scauro.
M. AIMILIUS SCAURUS
privignus L. Syllæ theatrum
magnificentissimum
extruxit, de quo theatro
Plin. lib. 36 cap. 15. Cn.
Pompeij bello Mithridatico
proquæstor. Uxor ejus
Mutia Q. Scævolæ filia à
Cn. Pompeio dimissa.
L. Aimilius Scaurus
ob præsidium desertum
à patris conspectu
abstinere jussus
semet interemit.
Aimilia
bis nupta
1 M. Acilio
Glabrioni, 2
Cn. Pompeio M.
M. Acilius
Glabrio.
M. Acilius
Glabrio.
M. AIMILIUS SCAURUS
variâ fortunâ jactatus
bello civili post cædem
C. Cæsaris Dictatoris.
Mamercus Aimilius
Scaurus priscus degener,
sub Tiberio imp. accusatus
semet interemit.




T. QVINCTIVS FLAMINIVS lumen clarissimum hujus familiæ, conf. cum Sex. Aelio Pæto Cato anno V. C. 556, Philippum Maced. regem victum in ordinem redegit, Græciæ libertatem restituit: censor cum M. Claudio Marcello an. V. C. 565.

L. QVINCTIVS FLAMINIVS Prætor anno V. C. 555. sub fratre res in Græcia gessit: Conf. cum Cn. Domitio Ahenob. anno V. C. 562: ob indignum facinus à M. Catone censore senatu motus anno 570 sed postea in integrum restitutus.


T. QVINCTIVS FLAMINIVS in funere patris sui sumptuosissimos ludos & epulas populo dedit anno V. C. 580. Flamen Quirinal. lectus anno 587.


T. QVINCTIVS FLAMINIVS conf. cum M. Acilio Balbo anno V. C. 604.


T. QVINCTIVS FLAMINIVS APELLES conf. cum Q. Cæcilio Metello anno V. C. 631: quem vidit Cicero, ut ipse testatur in Bruto.


P. CORNELIVS SCIPIO mag. equit. sub M. Furio Camillo Dict. anno urbis cond. 350, bis trib. mil. C. P. an. V. C. 361. 362.
P. CORNELIVS SCIPIO primus ædilis curul. anno V.C. 398.
P. CORNEL. SCIPIO mag. eq. sub L. Furio Camillo an. V. C. 406.
L. CORNEL. SCIPIO mag. eq. sub Ap. Claudio Dict. an. V.C. 394. cons. cum M. Popilio 402.
P. CORNEL. SCIPIO BARBATVS Dict. comit. habend. causa anno 449.
Cn. Cornel. Scipio nullum magistratū gessit.
L. CORN. SCIPIO cons. cum Cn Fulvio anno V.C. 458.
L. CORNEL. SCIPIO cons. cum C. Aquillio anno V.C. 493.
Cn. CORNEL. SCIPIO ASINA cons. cum C. Duillio anno V. C. 494: iterum cons. cum A. Atilio anno 500.
L. Cornel. Scipio Hispalus, obscurus.
Cn. CORNEL. SCIPIO CALVVS cons. cum M. Claudio an. V. C. 532: legatus fratris in Hispania: cum eo perijt.
P. CORNEL. SCIPIO cons. cum Tib. Sempronio an. V.C. 536 primus cum Annibale pugnavit: occubuit in Hispania cum Cn. fratre.
P. CORNEL. SCIPIO ASINA cons. cu M. Minucio anno V. C. 533.
Cn. CORNEL. SCIPIO HISPALVS Pont. max. cons. cum Q. Petilio anno V.C. 578.
P. CORNEL. SCIPIO NASICA, vir opt. à senatu judicatus, cons. cum M' Acilio an. V. C. 563.
Cornelia nupta Corculo.
P. CORNEL. SCIPIO AFRICANVS cons. cum P. Licinio anno V. C. 549: cons. II cum Ti. Sempronio anno 560, ccos. cum P. Ælio anno 555 Annibalem debellavit.
L. CORNELIVS SCIPIO ASIATICVS cons. cum C. Lælio anno V. C. 564, adiutus prudentia & virtute fratris legati Antiochum Magnum in Asiâ debellavit.
Cn. CORNEL. SCIPIO HISPALVS prætor anno C. V. 615, Hispaniam provinciā sortitus.
P. CORNEL. SCIPIO NASICA CORCVLVM cons. cum C. Marcio anno V. C. 591 abdicavit. Censor cum M. Popilio anno V. C. 595: cōs. II cum M. Claudio anno 599.
Cornelia nupta P. Scipioni Nasicæ Corculo.
P. CORNEL. SCIPIO AFRICANVS Augur, & Ædilis Curulis an. V. C. 594, valetudinarius, liberis masculis carens L. Æmilij Pauli filium adoptavit.
Cn. Cornel. Scipio Africanus captus ab Antiocho rege, & patri gratis restitutus: prætor an. V. C. 577.
L. Cornel. Scipio Asiaticus obscurus curullum magistratuum expers.
Cn Cornel. Scipio Hispalus repetundarum damnatus.
P. CORNEL. SCIPIO NASICA SERAPION absens Pont. max. creatus, cons. cum D. Iunio an. V.C. 616. Tib. Gracchum ferentem leges agrarias privatus occidit anno 621. Pergami in liberâ legatione obijt.
P. CORNEL. SCIPIO AFRICANVS posterior ÆMILIANVS ex L. Æmilio Paulo genitus, translatus in familiam Scipionum: I Carthaginem & Numantiam delevit: bis cons. I cum C. Livio Druso legib. solutus admodum iuvenis, II cum C. Fulvio Flacco anno 620. Ferijt ἄπαις anno 625.
L. CORNELIVS SCIPIO ASIATICVS cos. cum C. Norbano an. V. C. 671, Victus à L. Sylla Fælice a militib. suis desertus exulavit.
P. CORNEL. NASICA cons. cum L. Calp. Bestiâ anno V. C. 643, in magistratu mortuus, vir facetus.
Licinia L. Crassi oratoris filia liberis excelsa.
P. Cornel. Scipio Nasica exulans bello civili Mariano, honorib. curulib. caruit.
N. Cornel. Nasica natus ex matre Cæcilia Q. Metelli Macedonici filia.
L. Licinius Crassus testamento adoptatus ab avo L. Crasso Oratore, ingenio summus.
P. Cornel. Scipio Nasica, cujus genus recensens Cicero ex ipsis sapientiæ stirpe dicit fuisse generatum, in Bruto: M. Bruti collega.
Q. CÆCILIVS METELLVS PIVS SCIPIO à Q. Metello Pio adoptatus, cons. cum Cn. Pompeio Magno III anno V.C. 702 ex Kal. Sextilib. Pompeij socer, bello civili in Africa perijt.
Lepida Scipioni nupta.
P. CORNEL. SCIPIO cons. cum L. Domitio Ahenob. anno V.C. 718.
CORNELIA nupta prius P. Licinio Crasso, qui bello Parthico cum patre perijt, dein Cn. Pompeio M. feminis præstantissima ἄπαις.


IIDEM SCIPIONES ET SEMPRONII GRACCHI.





Cn. Cornelius.
Cn. Cornelius.
SER. CORNELIVS LENTVLVS conf. cum L. Genucio anno V. C. 452.
T. Cornelius Lentulus honores majores non adiit.
L. CORNELIVS LENTVLVS conf. cum M'. Curio Dentato anno V.C. 479: de Samnitib. & Lucanis triumphavit.
SER. CORNEL. LENTVLVS MARENNA aureâ coronâ ex prædâ Samniticâ à fratre donatus, Conf. cum M' Curio Dentato anno V.C. 480.
L. CORNEL. LENTVLVS CAVDINVS Conf. cum Q. Fulvio Flacco anno V. C. 517. Infubres & Ligures cecidit. Cenfor cum Q. Lutatio Cercone anno V.C.517 Pont. Max. anno 538.
P. CORNEL. LENTVLVS CAVDINVS Conf. cum C. Licinio Varo anno V. C. 518.
L.Cornel.Lentulus Pont. Max. 537. obiit 541.
P. CORNEL. LENTVLVS SVRA prætor anno V. C. 541. Siciliæ præfuit, cum antè Attilii prætoris legatus fuisset.
Ser. Cornel. Lentulus ædil. anno 547.
L. CORNEL. LENTVLVS Prætor anno V. C. 543. Hifpaniæ regendæ cum L. Manlio præfectus à Publ. Scipione: conf. cum P. Villio Tappulo anno V. C. 555. obiit anno V.C. 585.
Cn. CORNEL. LENTVLVS ædil. anno V. C. 548. Prætor anno 550, Conf. cum P. Ælio Pæto anno 553. In Hifpania citeriore res gefsit, obiit anno 570.
P. CORNEL. LENTVLVS CAVDIN. ædil. curul. anno V. C. 546.
P. CORNEL. LENTVLVS CAVDIN. prætor anno V. C. 552.
Cn. CORNEL. MARENNA prætor anno V. C. 580, Sardiniam tenuit.
P. CORNEL. LENTVLVS Côf. cum Cn. Domitio Ahenobarbo an. V. C. 592, princeps fenatus anno 636, cēfor cum Ap. Claudio Pulchro, ut placet Onuphrio in faftis, anno 618.
L. CORNEL. LENTVLVS LVPVS Côf. cum C. Marcio Figulo anno V. C. 598. Cenfor cum C. Marcio Cēforino anno 607.
Cn. CORNEL. LENTVLVS Conf. cum L. Mommio anno V. C. 608.
P. CORNEL. LENTVLVS floruit anno V. C. 657, habitus in Oratorum numero. Cic. in Bruto. Vxor ei fuit Fulvia.
Cn. CORNEL. LENTVLVS conf. cum P. Licinio Craffo anno V. C. 657. de quo Saluftius dubitavit ftolidior an vanior fuerit. Gell. l. 18. c. 4.
P. Cornel. Lentulus obfcurus.
P. CORNELIVS LENTVLVS SVRA Conf. cum Cn. Aufidio Orefte anno V. C 683, poftea confularis ac prætor ob conjurationem cum Catilina à Cicerone conf. in carcere ftrangulatus. Olim Quæftor L. Syllæ: uxor ei fuit filia L. Cæfaris, vidua M. Antonii Cretici: Hinc caufa exitii Ciceronis.
Cn. CORNEL. LENTVLVS CLODIANVS conf. cum L. Gellio anno V. C. 682: cenfor cum eodem anno V. C. 683.
P. Cornel. Lentulus.
Cn. Cornel. Lentulus.
P. CORNEL. LENTVLVS SPINTHER conf. cum Q. Cæcilio Metello Nepote anno V. C. 697. M. Ciceronem ab exilio revocavit.
Cn. CORN. LENTVLVS MARCELLINVS ex familia Marcellorum adoptatus, conf. cum L. Marcio Philippo.
L. CORN. LENTVLVS CRVS conf. cum C. Claudio Marcello anno V. C. 705. Flamen Martialis.
P. Cornel. Lentulus ab Afconio Pædiano memoratus.


C. Cæcilius Metellus, de quo nihil traditum.
L. CÆCILIVS METELLVS conſ. cum C. Servilio Gemino anno V.C. 470; Prætor anno ſeq. à Gallis Senonib. cum exercitu cæſus.
L. CÆCILIVS METELLVS Pont. Max. conſ. cum C. Furio anno V.C. 503 res in Sicilia contra Pœnos feliciter geſsit: Mag. eq. ſub A. Atilio Dict. anno V.C 505: conſ. iterum cum M. Fabio anno V.C. 507: Dict. comitiorum habend. cauſa anno V C. 510. Hic eſt, qui ardente æde Veſtæ cum ſacra ex incendio raperet, oculos amiſit. Obiit centenarius.
L. Cæcilius Metellus, autor deſerendæ Italiæ poſt cladem Cannenſem, atque ideo velut infamis ſenatu motus.
Q. CÆCILIVS METELLVS magiſter equit. ſub M. Livio Dict. anno V.C. 547: conſ. cum L. Veturio Philone anno ſeq. Dict. comit. habend. gratia anno 549.
M. CÆCILIVS METELLVS ædilis pl. an. V.C. 547: Prætor urbanus an. ſequente.
L. CÆCILIVS METELLVS prætor anno V.C. 570.
Q. CÆCILIVS METELLVS MACEDONICVS. prætor anno V.C. 605. Andriſcum Pſeudophilippum debellavit, triumphavitque: conſ cum Ap. Claudio Pulchro anno V.C. 611. Proconſul Celtiberos vicit. cenſor cum Q. Pompejo Rufo anno V.C. 623. Bis princeps ſenatus à Cenſorib. lectus. Obiit grandævus, elatus ad rogum humeris liberorū.
L. CÆCILIVS METELLVS Calvus conſ. cum Q. Fabio Serviliano anno V.C. 612. Cenſor cum L. Calp. Piſone anno V.C. 618.
Cæcilia nupta P. Corn. Scipioni Naſicæ.
Q. CÆCILIVS METELLVS Balearicus conſul cū T. Quinctio anno V.C. 631. cenſor cum Q. Servilio Cæpione anno V.C. 643.
Cæcilia nupta C. Servilio.
L. CÆCILIVS DIADEMATVS conſ. cum Q. Mutio anno V.C. 637. Dalmatic' ex Dalmatis ſubactis dictus.
M. CÆCIL. METELLVS coſ. cum M. Æmilio Scauro anno V.C. 639
C. CÆCIL. METELLVS CAPRARIVS coſ. cum Cn. Papirio Carbone anno V.C. 641.
L. CÆCIL. METELLVS CALVVS conſ. cum Aurelio Cottâ anno V.C. 635. cenſor cum Cn. Domitio anno 639. Pont. Max.
Q. CÆCIL. METELLVS NVMIDICVS conſ. cum Iunio Silano anno V.C. 645: ex Numidiâ triumphavit victo Iugurthâ: cenſor cum C. Metello Caprario anno V C. 652. ob leges Apulejas urbe pulſus, ſed cum honore revocatus.
Cæcilia nupta L. Lucullo fuit damnato, mater L. Luculli viri inclyti.
Q. CÆCIL. METELLVS NEPOS. conſ. cum T. Didio anno V.C. 656. Ob rem malè geſtā cōtra Cimbros imperio exutus.
Cæcilia uxor Ap. Claudii.
L. CÆCILIVS METELLVS prat. anno V.C. 684. Conſul deſignatus cum Q. Marcio obiit antequam iniret.
Q. CÆCIL. METELLVS CRETICVS ex Cretâ devictâ dictus, conſ. cum Q. Hortenſio anno V.C. 685.
M. CÆCIL. METELLVS prætor repetund. anno V.C. 685.
Q. CÆCIL. METELLVS PIVS conſ. cum L. Cornelio Sylla II anno V. C. 674. ex Hiſpaniâ victo ibi Sertorio triumphavit: Pont. Max. Princeps Senatus.
Q. CÆCIL. METELLVS CELER. prætor Cicerone conſule: conſ. cum L. Afranio anno V.C. 694.
Q. CÆCIL. METELLVS NEPOS, Ciceronis inimicus, cōſ. cū P. Corn. Lentulo anno V.C. 697.
Q. Cæcilius Metellus obſcurus.
CÆCILIA uxor M. Craſsi Divitis, bis conſulis.
P. CÆCIL. METELLVS PIVS SCIPIO ex familia Scipionum Naſicorum à Q. Metello Pio adoptatus. conſ. cum Cn. Pompejo M. III anno V.C. 702: dux partiū Pompejanarum à morte Pompeji, vict' in Africâ à Cæſare periit.
CÆCILIA fœmina impudica, bis nupta I M. Scauro II Corn. Syllæ
Q. CÆCIL. METELLVS CRETICVS conſ. cum A. Licinio Nerva anno V.C. 760.

MENENII.



FVRII CAMILLI.



Ab hoc tempore Camilli in obscuro manserunt, quo ad ultimos annos Cæsaris Augusti, sub quo M. Furius Camillus consul fuit cum Sext. Nonio anno V. C. 761.



ATILII REGVLI.

M. Atilius plebeius.

L. Atilius Regulus.

M. Atilius Regulus.

M. ATILIVS REGVLVS cons. cum L. Iullo Libone anno V.C. 487. iterum cons. cum L. Manlio Vulsone anno 498 post victoriam navalem cū in Africam traiecisset lateque Pœnos vicisset à Xanthippo Laced. victus & captus legatusq; de permutandis captivis Romam à Pœnis missus permutationem dissuasit, & Carthaginem sponte rediit, illic crudeliter occisus. Huic ex uxore Marcia nati liberi.

M. ATILIVS REGVLVS consul cum P. Valerio Flacco anno V.C. 527. Iterum cons. cum Cn. Servilio Gemino suffectus in locum C. Flaminij ad Trasimenum cæsi an. 537. grandævus: censor cū P. Furio Philo an 539.

C. Atilius Regulus, de quo nihil memoriæ traditū.

L. ATILIVS REGVLVS cons. cum L. Aemilio Papo an. V.C. 529, dimicans contra Gallos occubuit.

M. ATILIVS REGVLVS cons. cum M. Valerio iteř an. V.C. 428.

M. ATILIVS REGVLVS cons. cum L. Postumio Megillo anno V. C. 460. Samnites cecidit.

C. ATILIVS REGVLVS SERRANVS incertum an Atilij superioris filius, consul cum Cn. Cornelio Blasione II anno V.C. 497. iterum cons. cum L. Manlio Vulsone II anno 504. Priore in consulatu de Pœnis victis navalem triumphum egit.

C. Atilius Serranus obscurus.

A. ATILIVS SERRANVS cons. cum A. Hostilio Mancino anno V.C. 584, cum bis Prætor, antea fuisset.

SEX. ATILIVS SERRANVS cons. cum P. Furio Philo an. V.C. 618 legem tulit cum collegā de C. Mancino Numantinis dedendo ob turpem pactionem cum ijs ictam.

C. ATILIVS SERRANVS incertum an prioris filius, cōs. cum Q. Servilio Cæpione anno V.C. 648.

ATILII CALATINI.


C. Atilius Calatinus nullis reb. gestis aut honorib. clarus.

A. Atilius Calatinus.


A. ATILIVS CALATINVS agnatus Regulorum, cons. cum C. Sulpitio Paterculo an V.C. 496. iterum cons. cum Cn. Corn. Scipione Asina II anno V.C. 500. Dict. anno 505, cui cum forte seminanti in agro nuncium de Dictatura lictor attulit: Pœnos in Sicilia vicit: Censor cum A. Manlio an. 507. Cui ex Fab. ā uxore natus filius.


C. ATILIVS BVLBVS cons. cum M. Fabio Buteone anno V.C. 509: iterum cons. cū T. Manlio Torq. anno 519, quo Iani templum clausum: censor cum A. Postumio anno 520.


C. Atilius Calatinus reus proditi oppidi Soranorum ope & gratiā soceri Q. Fabij Max. liberatus fuit.



P. LICINIVS CALVVS primus è plebe tribunus mil. coos. pot. anno V.C. 356, ætate gravis.
P. LICINIVS CALVVS patre honorem delatum cedente trib. mil. cons. pot. factus anno V.C. 360.
C. Licinius Calvus obscurus.
M. FABIVS Ambustus.
P. Licinius Varus ingloriug.
C. Licinius Calvus STOLO, gener M. Fabii Ambusti. Tribunus pl. cum L. Sextio legem Liciniam Sextiam tulit, oe quis amplius quam 500 jugera agri possideret, quâ ipse posteà damnatus fuit. Remp. cum eodem L. Sextio per quinquennium sine curuli magistratu administravit. Primus è plebe magister Equit. sub P. Mālio Dict. Cons. cum P. Sulpitio anno V.C. 392: iterum Coos. cum eodem Sulpitio anno 395.
Fabia minor à sorore majore irrisa.
Fabia major nupta Ser. Sulpitio.
P. Licinius Varus obscurus.
C. LICINIVS VARVS cons. cum P. Cornel. Lentulo Caudino, anno V.C. 518.
C. Licinius Stolo à patre emancipatus in fraudem legis agrariæ ob possessiones agrorum, ob quam causam pater lege sua damnatus est.
P. LICINIVS CRASSVS Dives, juvenis adhuc Pont. Max creatus, mag. eq sub Q. Fulvio Flacco Dict. anno V.C. 544. eodemq; anno Censor cum L. Veturio, & Prætor anno seq. Consul cum P. Corn. Scipione Africano anno 549.
C. Licinius P. Fil. P. Nep. obscurus.
P. LICINIVS C. Fil. P. nep. CRASSVS, cons. cum C. Cassio Longino anno V.C. 583, à Perseo Maced. rege, quo cum bellum gerebat, prælio equestri victus: postea proconsul eodem in bello victus.
C. LICINIVS C. Fil. P. nep. CRASSVS, cons. cum L. Æmilio Paulo anno V.C. 586.
P. Licinius Crassus obscuræ famæ.
C. Licinius Crassus, tribunus pl. anno V.C. 609. legem de sacerdotiis tulit.
P. LICINIVS CRASSVS MVCIANVS ex Muciis adoptat. Pont. Max. Consul cum L. Valerio Flacco anno V.C. 623: in prælio contra Aristonicum in Asiâ occubuit.
Licinia vestalis ædiculam cum arâ nequicquam dedicavit anno V.C. 631.
Licinia nupta Sulpitio Galbæ.
L. Licinius Crassus ante patrem obiit.
Licinia nupta C. Sempr. Graccho.
L. LICINIVS L. F. CRASSVS sui sæculi eloquentiss. Cons. cum Q. Mucio Scævola anno V.C 659. censor cum Cn. Domitio anno 662.
Mutia filia Q. Mutii Scævolæ Auguris, uxor L. Licinii Crassi Oratoris.
Licinia major uxor P. Corn. Scipionis Nasicæ.
Licinia minor nupta C. Mario juniori.
C. MARIVS junior Cons. cum Cn. Carbone iii anno V.C. 672.
C. Marius coævus Ciceronis.
M. Marius Ciceronis amicus.

ALTERA LICINIORUM CRASSORUM FAMILIA EIUSDEM ORIGINIS.






Cn. Fulvius inglorius.
Cn. FVLVIVS MAXIMVS CENTVMALVS cons. cum L. Corn. Scipione anno V. C. 456 de Samnitib. triumphavit.
M. FVLVIVS PAETINVS cons. cum T. Manlio Torq. anno V C. 455 de Samnitib. & Nequinatib. triumphavit.
Cn. FVLVIVS MAX. CENTVMALVS Dict. clavi figendi gratiâ anno V. C. 491.
M. Fulvius NOBILIOR trib. milit. anno V. C. 458.
Q. Fulvius FLACCVS inglorius.
♂
Cn. FVLVIVS MAX. CENTVMALVS cons. cum L. Postumio Albino anno V C. 525, bellum gessit cõtra Illyrios. Polyb.
SERVIVS FVLVIVS PAETINVS NOBILIOR cons. cum M Aemilio Paulo anno V. C. 499. Polyb. l. 1.
M. FVLVIVS FLACCVS cons. cum Ap. Claudio Caudice anno V. C. 490. quo anno cepit bellum PVNICVM I.
N. Fulvius Flaccus.
Cn. FVLVIVS MAX. CENTVMALVS, cons. cum P. Sulpitio an. V.C. 543: anno seq. cum Annibale pugnans cum 12 tribunis milit. occubuit exercitu amisso ad Herdoneam.
M. Fulvius Nobilior abscurus.
Q. FVLVIVS FLACCVS cons. cum L. Lentulo Caudino anno V. C. 517: iterum Cons. cum T Manlio Torq. anno 530: III Cons. cum Ap. Claudio Pulchro anno 542: IIII Cons. cum Q. Fabio M. Verrucoso V anno 545.
C. Fulvius Flaccus, fratris legatus ad Capuam.
Cn. FVLVIVS FLACCVS Praetor anno V. C. 542, cum frater III Cons. esset. Ob rem malè gestam exul.
M. FVLVIVS CENTVMALVS, praetor urb. anno V C. 558 Cn. Domitio, L. Quinctio Coss.
M. FVLVIVS NOBILIOR Praetor anno V. C. 561. Res gessit in Hispania. Cons. cum Cn. Manlio Vulsone anno 565, bellum gessit contra Aetolos: censor cum M. Aemilio Lepido anno 575.
Q. FVLVIVS FLACCVS Praetor anno V.C. 587, Cons. cum A. Postumio anno 574 surrogatus vitrico defuncto Pisoni.
M. FVLVIVS NOBILIOR Cons. cum Cn. Cornel. Dolabella anno V. C. 595.
Q. FVLVIVS NOBILIOR Cons. cum T. Annio Lusco anno V C 601. Censor cum Q. Fabio anno 617.
SER. FVLVIVS FLACCVS Cons. cum Q. Calpurnio Pisone an. V. C. 619.
Q. FVLVIVS FLACCVS Praetor anno V. C. 572, res praeclarè gessit in Hisp. contra Celtiberos. Cons. cum L. Manlio Acidino Fulviano, fratre germano an. V. C. 575 bis triumphavit. Censor cum A. Postumio Albino anno 580, miserè tandê vitam finiit.
Cn. Fulvius Flaccus ob disciplinam militarem neglectam à fratre censore senatu motus.
M. FVLVIVS FLACCVS à L. Manlio Acidino adoptatus transiit in familiam eius, & dictus est L. MANLIVS FVLVIANVS: cons. cum fratre germano Q. Fulvio Flacco anno 575.
Cn. FVLVIVS FLACCVS Cons. cum P. Corn. Scipione Aemiliano anno V C. 620, dux belli contra fugitivos in Sicilia.
N Fulvius ante patrem obiit.
M. FVLVIVS FLACCVS Cons. cum M. Plautio Hypsaeo an. V.C. 629 leges perniciosas tulit, Ligures Transalpinos domuit, III-vir agrorum dividendorum cum C. Graccho, cum eodem occisus, ab Opimio consule.
Q. Fulvius Flaccus III-vir Epulonum.
M. Fulvius Flaccus cum patre in Aventino occisus.
Q. Fulvius Flaccus adolescens 18 annorum à patre ad Opimium Cons. missus de pacis conditionib. in carcerem datus necatus.
Fulvia nupta 1. P. Corn. Lentulo, 2 Q. Lut. Catulo.
Fulvia nupta L. Caesari.
P. CORN. LENTVLVS SVRA Cons. cum C. Aufidio Oreste an. V.C. 681. socius Catilinae à Cicerone in carcere necatus.
L. IVLIVS CAESAR cons. cum L. Marcio Figulo anno V.C. 690.






L. Antonius adolescens studiorum causa Massiliam ab Augusto missus tanquam in exilium: ibique obiit anno V. C. 777, ultimus ex posteris Antonii Oratoris,


Q. Postumius.
P. POSTVMIVS TVBERTVS cons. cum M. Valerio anno V.C. 249: iterum cum Agrippa Menenio, anno 251.
Postumius Tubertus.
A. POSTVMIVS ALBINVS cons. cum T. Virginio anno V.C. 258, Dict. eodem anno Latinos ad Regillum lacum lacte vicit: unde REGILLENSIS nuncupatus.
POSTVMIVS COMINIVS AVRVNCVS cons. cum T. Lartio anno V. C. 253, iterum cum Sp. Cassio Viscell. anno 261.
Postumius obscurus.
A. POSTVMIVS ALBINVS REGILLENSIS. consul cum Sp. Furio anno V. C. 290.
SP. POSTVMIVS ALBINVS REGILL. cons. cum Q. Servilio anno V.C. 283, x vir legum scribend. anno 303.
A. POSTVMIVS TVBERTVS Mag. eq. sub Dict. Aemilio Mamerco anno V.C. 320, Dict. an. 324 à cons. T. Quinctio Cincino. genero suo dictus filium securi iussit percuti: unde imperia Postumiana nomen invenere.
P. Postumius Albin. Regill. censor cũ L. Papirio anno V. C. 338, trib. mil. cõs. pot anno 342.
M. Postumius Alb. Regill. trib. mil. c. p. anno V. C. 329: censor cũ M. Furio an. 354.
SP. POSTVMIVS ALB. REGILL. trib. mil. cons. pot. anno V.C. 320.
M. Postumius securi percussus iussu patris ob violatam disciplinam militarem.
Postumia nupta T. Quinctio Cincinnato.
A. POSTVMIVS ALB. REGILLENS tribunus mil. c. p. anno V.C. 360.
SP. POSTVMIVS ALB. REGILL. trib. mil. cons. pot. anno V. C. 362. Censor cum C. Sulpitio anno 376, in magist. obiit.
A. POSTVMIVS ALB. REGILLENS trib. mil. c. p. anno V.C. 375.
P. POSTVMIVS ALB. REGILL. trib. mil. c. p. cum fratre.
L. POSTVMIVS ALB. REGILLENS. trib. mil. cons. p. anno V.C. 367: iterum anno 375.
L. Postumius Alb. Regill. obscurus.
Sp. POSTVMIVS ALBINVS cons. cum T. Veturio Calvino anno V.C. 422: censor cum Q. Publilio anno 428: magist. eq. sub M. Claudio Marcello anno 429 vitio factus abdicavit, iterum cons. cum eodem Veturio anno 434 turpis pactionis Caudinae autor Samnitib. deditus, sed deditio non admissa.
Postumius Albinus inglorius.
L. POSTVMIVS MEGELLVS cons. cum T. Minutio anno V.C. 450: iterum cum M. Atilio Regulo anno 460.
A. POSTVMIVS ALBINVS cons. cum C. Lutatio Catulo, an. C. V. 512: censor cum C. Atilio anno 520.
L. POSTVMIVS MEGELLVS cons. cum Q. Mamilio anno V. C. 492: rex sacrorum: Censor cũ D. Iunio Pera anno 522, in hoc magistratu obiit.
L. POSTVMIVS ALBINVS cons. cum Sp. Carvilio anno V. C. 520: iterum cum Cn. Fulvio anno 524: tertium designatus anno 538, antequam iniret caesus à Boiis.
A. POSTVMIVS ALBINVS Luscus cons. cum C. Calp. Pisone anno V.C. 574. Censor cũ Q. Fulvio Flacco anno 580. Legatus cum aliis sex in Macedoniam missus.
SP. POSTVMIVS ALBINVS cons. cum Q. Marcio Philippo anno V. C. 567.
A. POSTVMIVS ALBINVS cons. cum L. Lucullo anno V. C. 603: Graecè scripsit historiam Romanam.
SP. POSTVMIVS ALBINVS cons. cũ Q. Mutio Scaevola anno V.C. 580.
L. POSTVMIVS ALBINVS cons. cum M. Popilio Lenate an. V.C. 581: Flamen Dialis factus anno 587.
L. POSTVMIVS ALBINVS cons. cum Q. Opimio anno V.C. 600 de cuius obitu Cicero l. 2. de divinat.
SP. POSTVMIVS ALBINVS cons. cum L. Calp. Pisone anno V.C. 605.
SP. POSTVMIVS ALBINVS cons. com M. Minutio anno V. C. 644. Numidiae praeses.
A. POSTVMIVS ALBINVS cons. cum M. Antonio Oratore anno V.C. 655, bello sociali Italico periit.


P. Sulpitius.
Serg. Sulpitius Galba, historiæ ignotus.
P. SVLPITIVS GALBA MAX. nullo ante curuli magistrato gesto cons. cum Cn. Fulvio Centumalo anno V. C. 543 contra Philippum Maced. regem cum exercitu missus: Dict. comit. habend. gratia anno 551: iterum cons. cum C. Aurel. Cotta anno 554 rursum contra Philippum Maced. missus.
SERG. SVLPITIVS GALBA ædilis in Asiam missus cum aliis ad transportandam magnam Matrem Deorum anno V. C. 549: Pont. Q. Fabio Max. successor datus anno 551: obiit anno 556.
L. SVLPITIVS GALBA dubium Sergii frater an agnatus, itidem Pont. obiit eodem anno cum Sergio.
SER. SVLPITIVS GALBA ædilis curulis cũ ·. Claudio anno V. C. 566, Prætor urb. anno 567.
C. SVLPITIVS GALBA Pont. M. Sempronio Tuditano mortuo surrogatus anno 570: prӕt. anno 583.
P. Sulpitius Galba, de quo nihil memoriæ, quod ad nos pervenerit, proditum.
Serg. Sulpitius Galba trib. mil. sub L. Æmilio Paulo in Macedonia contra Persea R. militavit: adversatus triompho eius ob prædam militi non permissam.
P. Licinius Crassus Mutianus DIVES.
SERG. SVLPITIVS GALBA eloquentiâ celebris: prætor male rem gessit in Lusitania atque ideo Romæ accusatus eloquentiæ vi periculo se eripuit: cons. cum L. Aurelio Cotta anno V.C. 610.
G. Sulpitius Galba, de quo nihil accepimus.
Licinia.
C. Sulpitius Galba primus è sacerdotum collegio iudicio publico damnatur. Cic. in Bruto.
SERG. SVLPITIVS GALBA cons. cum M. Aurel. Scauro: bello sociali captus ope fœminæ liberatus.
C. Sulpitius Galba, cuius tutor fuit patronus Serg. Galba. Cic. in Bruto.
P. SVLPITIVS GALBA cum M. Cicerone consulatum petiit, sed petitione excidit.
SERG. SVLPITIVS GALBA C. Cæsaris bello Gallico legatus, postea contra eundem cum Bruto & Cassio coniuravit, & lege Pedia damnatus cum reliquis coniuratis proscriptos periit. Præturam gesserat anno V.C. 699.
SERG. SVLPITIVS GALBA, Prætor; studiis clarus, historiam multiplicem nec incuriosam edidit, inquit Suetonius.
A



SEMPRONII TVDITANI.

C. Sempronius Tuditanus,

C Sempronius Tuditanus honorum expers.

M. SEMPRONIVS TVDITANVS conf. cum C. Claudio Centhone anno V. C. 514, censor cum Q. Fabio Max. Verrucoso anno 524.


C. Sempronius Tuditanus obscurus.

P. SEMPRONIVS TVDITANVS praetor anno V. C. 541. Censor cum M. Cornel. Cethego anno 545, consul cum eodem anno 550.

M. SEMPRONIVS TVDITANVS praetor anno V. C. 565, consul cum Ap. Claudio Pulchro anno 569.

C. SEMPRON. TVDITANVS praetor anno V. C. 622, cons. cum M. Aquillio anno 625, bellum gessit contra Iapodas varia fortuna.

His coaevi fuere Sempronij Blaesi & Longi, & ante hos Sophi.



C. Lutatius Catulus obscurus sineq; honore curuli.
C. Lutatius Catulus & ipse inglorius.
C. LVTATIVS CATVLVS Pont. Max. Cons. cum A. Postumio Alb. anno V. C. 512, à Ægates insulas Pœnos navali prælio superatos debellavit, finemque bello Punico primo imposuit: decus gentis suæ.
Q. LVTATIVS CATVLVS CERCO cons. cum A. Manlio Torq. Att. II. anno V. C. 513 de Faliscis late victis triumphavit: censor cum L. Cornel. Lentulo anno 518.
C. LVTATIVS CATVLVS cons. cum L. Veturio Philone anno V. C. 514. Triumvir agri Placentinis assignandi initio belli Pun. II. Hoc consule via Flaminia strata, ut notat Cassiodorus.
Q. Lutatius Catulus cum M. Pomponio Delphos missus ad ἀναθήματα illuc ferenda ex præda Punica anno V. C. 549.
L. Iulius Cæsar maritus Popiliæ.
Popilia Popilii Lænatis filia bis nupta.
Q. Lutatius Catulus obscurus, cui ex uxore Popilia Lænatis filia natus filius.
C. LVTATIVS CATVLVS Cerco cum aliis missus ad Persea regem Maced. & in Ægyptum ad Ptolemæum.
L. IVLIVS CAESAR consul cum P. Rutilio Lupo anno V. C. 664. legem Iuliam tulit de civitate sociis Italiæ nominis danda.
C. Iulius Cæsar Strabo orator facetus.
Q. LVTATIVS CATVLVS ab eruditione & facundia à Cicerone laudatus, Cons. cum C. Mario IIII anno V. C. 652, contra Cimbros pugnavit cum eodem Mario proconsul: postea à Mario dominante mori iussus.
Lutatia nupta Q. HORTENSIO oratori.
Q. LVTATIVS CATVLVS cons. cum M. Aimilio Lepido anno V. C. 676 collegam acta L. Syllæ Dict. rescindere conantem armis repressit, & Italia ejecit: Capitolium refectum dedicavit. Censor cum M. Licinio Crasso anno 689 creatus cum collega abdicavit: princeps senatus: obiit anno 693, vir summæ auctoritatis.
Lutatia nupta L. MVMMIO.
L. Mummius nepos ex filio L. Mummii, qui Corinthum delevit.
C. SVLPITIVS GALBA D. Haterii Agrippæ in consulatu collega anno V. C. 775.
Mummia nupta C. Sulpitio Galbæ consuli cum Haterio Agrippa anno V. C. 775.
SERG. SVLPITIVS GALBA IMP. post Neronem.

L. Aurelius C. fil. Cotta.

C. AVRELIVS L. fil. COTTA cons. cum P. Servilio Gemino anno V.C. 502, iterum cons. cum eodem anno V.C. 506. Censor cum Fabio Buteone anno 513, mag. eq. sub C. Duillio Dict. anno 521.

- C. AVRELIVS COTTA prætor an. V.C. 552, cons. cum P. Sulpitio Galba II anno V.C. 554.
  - L. Aurel. Cotta trib. mil. sub L. Aimilio Paulo anno V.C. 572.
    - L. AVRELIVS COTTA cons. cum Servio Sulpitio Galba anno V.C. 610.
      - L. AVRELIVS COTTA cons. cum L. Cæcilio Metello anno V.C. 635.
        - L. AVREL. COTTA ultra præturam non est progressus.
        - M. AVRELIVS COTTA damnatus à C. Carbone.
          - M. AVREL. COTTA eodem die, quo virilem togam sumpsit, C. Carbonem patris sui persecutorem in jus vocavit, eiq; vicem rependit.
            - M. AVREL. COTTA cons. cum L. Lucullo anno V.C 680, infeliciter bellum gessit contra Mithridatem.
              - M. AVREL. COTTA belli civilis Cæsariani præfectus Sardiniæ, indeq; ejectus.
            - C. AVREL. COTTA orator, æmulus P. Sulpitii in tribunatu, & ab eo urbe pulsus: Cons. cum L. Octavio anno V.C. 679. Proconsul in Galliâ res gessit.
            - L. AVREL. COTTA Prætor legem tulit, quâ judicia senatui, equitib. & tribunis ærariis communicata sunt: Cons. cum L. Manlio Torq. anno V.C. 689. Censor cum P. Servilio Isaurico anno V.C. 690.
              - L. Aurel. Cotta XV-vir sacrorum, cujus meminit Suetonius in vita C. Julii Cæsaris.
              - AVRELIA nupta M. Valerio Corvino Messalæ Oratori. — M. VALERIVS MESSALA Orator, amicus Augusti imp., cons. cum eodem III anno V.C. 723.
                - M. VALERIVS MESSALINVS COTTA Cons. cum L. Cornelio Lentulo an. V.C. 751: adoptatus ab Aurelio Cotta.
                  - M. AVREL. COTTA consul cum M. Valerio Messala patruele suo anno V.C. 773.
                    - M. AVREL. COTTA, cui ex prodigalitate pauperi Nero imp. ob nobilitatem annuam pecuniam assignavit.
            - AVRELIA nupta C. Julio Cæsari prætori. — *C. Iul. Cæsar prætor Pisis repentè mortuus.*
              - *C. IVLIVS CÆSAR DICTATOR.*
- M. AVREL. COTTA legatus missus ad Philippum regem Maced.
  - M. AVREL. COTTA legatus L. Scipionis in Asiâ anno V.C. 564.
- L. Aurelius obscuri nominis.
  - L. Aurelius honorum expers.
    - L. AVRELIVS ORESTES cons. cum S. Iulio Cæsare anno V.C. 597.
      - L. AVREL. ORESTES cons. cum Man. Aimilio Lepido anno V.C. 628.
        - L. AVREL. ORESTES cons. cum C. Mario III anno V.C. 651, in magistratu mortuus.
          - CN. AVREL. ORESTES Prætor urbanus anno V.C. 677.
          - Aurelia Orestilla uxor L. Catilinæ.
      - C. Aurel. Orestes, cujus meminit Cicero in Bruto.

SERVILII PRIS-
CI ET AHALAE,
PATRICII.



SERVILII CAEPIONES.

Cn. Servilius.

Cn. Servilius.

CN. SERVILIVS CÆPIO cons. cum C. Sempronio Blæso anno V. C. 501

CN. SERVILIVS CAEPIO cons. cũ C. Servilio Gemino an. V.C. 511.

CN. SERVILIVS CAEPIO cons. cum Q. Marcio Philippo anno V. C. 585.

CN. SERVILIVS CAEPIO consul cum Pompeio Rufo anno V.C. 613. Censor cum L. Cassio anno 619.

Q. FABIVS MAX. SERVILIANVS à Q. Fabio Max. Aemiliano adoptatus, cons. cum L. Metello anno V.C 612: censor cum Q. Fulvio Nobiliore secundum Onuphrium (à quo dissentit Sigonius, qui Ap. Claudium Q. Fulvio collegam assignat) anno V.C. 618.

Q. SERVILIVS CAEPIO cons. cum C. Lælio Sapiente anno V. C. 614. Censor cum Q. Metelio (ut habent fasti Onuphrii) anno 614. Viriatum Lusitanorum fraude circumventum peremit.

Q. FABIVS MAX. EBVRNVS cons. cum C. Licinio Geta anno V. C. 638. Pullus Iovis ob candorem dictus, teste Festo.

Q. SERVILIVS CAEPIO cons. cum C. Atilio Serrane anno V C. 648. Galliam sortitus victus est à Cimbris: ob aurum Tolosanum è templo sublatum damnatus misere periit.

Q. Fabius Servilianus ob impudicitiam à patre domi causâ cognitâ necatus.

Q. FABIVS MAX. C. Cæsaris legatus in Hispaniâ contra Pompeium: cons. cum C. Trebonio anno V. C. 709, in magistrato hoc mortuus.

N. Servilius Cæpio decoctor fo famis.

Q. Servilius Cæpio itidem ut frater fædus decoctor.

PAVLL. FABIVS MAX. cons. cum Q. Ælio Tuberone anno V. C. 743. Cui uxor fuit Marcia laudata ab Ovidio.

Q. FABIVS MAX. AFRICANVS cons. cum Iulio Antonio anno V.C. 774.

Q. SERVILIVS CAEPIO Pixtor anno V. C. 703 obiit in Thracia. Cui uxor fuit Pompeia Cn. Pompeii M. filia, prius nupta Fausto Syllæ.

SERVILIA nupta 1 M. BRVTO 2 D. Silano, mater M. BRVTI, qui Cæsarem occidit.

Servilia nupta L. Lucullo soror uterina M. Catonis, fæmina impudicissima.

SERVILII GEMINI.

Q. Servilius.

Q. Servilius.


P. SERVILIVS GEMINVS cons. cum L. Aurelio Cotta anno V.C. 502. iterum cons. cum eodem anno 506.

C. Servilius Geminus.


CN. SERVILIVS GEMINVS cons. cum C. Flaminio, & hoc cæso cum M. Atilio Regulo anno V. C. 537. Periit ad Cannas.

C. SERVILIVS GEMINVS cons. cum Cn. Servilio Cæpione anno V. C 551. Pont. Max. anno 571.

M. SERVILIVS PVLEX GEMINVS mag. eq. sub P. Sulpitio Dict. anno V. C. 550. cons. cum Tib. Claudio Nerone anno 552: in monomachiis sæpius victor, Patronus causæ L. Aemilii Pauli ex devicto Perseu Maced. rege triumphum petentis contra tribunos pleb impedientes. *Vide Livium lib 45.*




Papirii Crassi.



Praeter hos Crassos & Cursores fuere eodem aevo etiam Papirii Mugillani, & consules ac trib. mil. cons. pot. remp. gesserunt.

Papirii Cursores.



Papirii Carbones.

C. Papirius Carbo gentis plebeiæ, prætor anno V. C. 586. inter cives & peregrinos jus dixit, & Sardiniam administravit.

C. Papirius honorum expers & obscurus.

M. Antoninus GORDIANVS III Cæsar, & Pupieno ac Balbiuo seditione militari interfectis, imperator Aug. Romæ salutatus, in Oriente consilijs & ductu Misithei soceri sui, & prætorio præfecti, viri eruditissimi, bello contra Persas felicissime gesto tandem à soceri morte fraude Philippi Arabis ad Ctesiphontem est interemptus, ἄπαις.
Gordiana.
FVRIA SABINA Tranquillina Augusta, filia MISITHEI præf. Prat. Gordiano III nupta.


Valerius Gallienus vir nobilissimus genus referens ad veteres Valerios, & Cornelios.
P. Aurelius Licinius Valerius VALERIANVS imp. AVG. à mil. tib. salutatus princeps, cæteroqui laudabilis, sed Christianorum persecutor gravis, à Sapore Pers. rege captus & contumeliose habitus, miserrimè perijt.
N. Vxor prior ἀνώνυμος.
Mariniana uxor secunda.
P. Aurelius Licinius GALLIENVS imp. AVG. à patre appellatus. princeps imprimis erudi-tus post captum patrem in omnes voluptates solutus, à suis occisus. Cui uxor Cornelia Salonia, & ex eâ liberi.
P. Aurel. Licinius VALERIANVS iunior, à patre nobiliss. CAESAR, a fratre imp. AVG. salutatus, prope Mediolanum contra Aureolum pugnans occubuit, ἄπαις.
P. Cornelius Licinius Saloninus GALLIENVS Cæsar occisus à Gallis anno ætatis XV.
Q. Iulius GALLIENVS CAESAR primum, deinde AVGVSTVS à patre appellatus, cum patre & patruo occisus ad Mediolanum fraude Aureoli: ἄπαις.

Familia Constantini Magni.





EADEM CONSTANTINI M. FAMILIA.

Eutropius

Helena Britannica. — CONSTANTIVS CHLORVS IMP. — *Theodora*

Fausta — CONSTANTINVS MAGNVS IMP.


CONSTANTIVS à fratris filio Constantio occisus. — Basilina nobilissimi generis. Iulianus Comes Orientis.

Eusebia prior uxor, erudita, formosa, fauens Iulianis Apostatae domus — CONSTANTIVS IMP. Arianizans, Catholicis infestus. — *Faustina* uxor secunda.


GALLVS CAESAR.


IVLIANVS APOSTATA IMP. maritus Helenae filiae Constantini Magni.


CONSTANTIA posthuma, nupta Gratiano imp. Valentiniani filio.



GRATIANVS Pannon robusti corporis, tribunus milit. dein præf. præt.
Fl. VALENTINIANVS I imperator designatus an. Christi 364. ex duab. uxorib. duos filios genuit ad imperium promotos; obijt an. Christi 375.
Fl. VALENS imp. cooptatus à fratre anno Christi 364. Periit 378. ἄπαις
Severa AVGVSTA, prior uxor.
IVSTINA AVGVSTA uxor altera, Arriana, persecutrix AMBROSII.
THEODOSIVS militiæ præfectus, Hispanus.
GRATIANVS Imp. à Clemente MAXIMO imperio & vitâ exutus Lugduni anno Christi 383: cui uxor fuit CONSTANTIA Constantii Imp filia postuma; ἄπαις.
VALENTINIANVS II Imp. matri obnoxius. Tandem Viennæ in Gallia iussu EVGENII tyranni ab Arbogasto strangulatus anno Christi 392.
Iusta monacha.
Gratamonacha
GALLA secunda uxor Theodosij imp.
THEODOSIVS I imp. designatus à Gratiano anno Christi 379, debellavit Clementem MAXIMVM & EVGENIVM tyrannos. Obijt an. Christi 395.
PLACILLA prior uxor Theodosij.
PLACIDIA GALLA, abducta ab ALARICO Gottho, & uxor data ATHAVLFO Gottho; reducta ad suos nupta CONSTANTIO imp.
ARCADIVS imp. Orientis obijt an. Christi 408. Ex eo & uxore Eudoxia nati sunt
HONORIVS imp Occidentis, obijt anno Christi 423. Vxores habuit duas, utramque filiam Stiliconis, MARIAM & THERMANTIAM; ἄπαις.
CONSTANTIVS imp. appellatus ab Honorio anno 420; obijt anno 423.
VALENTINIANVS III imp. designatus à Theodosio II anno Chr. 425. occisus à Petronio MAXIMO anno Chr. 455.
THEODOSIVS II imp. Orient. obijt an. Christi 450: cui uxor EVDOXIA Atheniensis: ex qua nata
Placilla,
Marina,
PVLCHERIA natu maxima, fœmina prudentissima: nupsit à morte fratris MARCIANO, ἄπαις,
MARCIANVS imp. qui convocavit synodũ Chalcedonensẽ.
EVDOXIA uxor VALENTINIANI III.
Filia ἀνώνυμος nupta ARTHEMIO imp. Occid.

ALTERVM σχῆμα FAMILIAE THEODOSIANAE.




N
ANTHEMIVS imp. in Occidente gener Marciani imp.
LEO Thrax imp. in Oriente annos 17. ope Asparis patritii promotus.
VERINA uxor Leonis, soror Basilisci, imperatrix.
BASILISCVS imperium invasit contra Zenonem, sed desertus à suis pessimo letho periit.
ZENONIS uxor Basilisci.
Marcianus patritius.
Leontia minor natu sororum, nupta Marciano.
ARIADNA nupta primum ZENONI, deinde ANASTASIO imperatoribus.
N
ZENO Isaurus, imp. post filium annis 17. à Basilisco uxoris Verinæ fratre gravem seditionem passus: Theodoricum Gotthũ in Italiam misit: vir turpissimus.
Longinus ab Anastasio relegatus Alexandriam.
Conon vir crudelis.
Marcus CAESAR appellatus à patre Basilisco cum eodem interemptus.
N
Frater Anastasii obscurus & ἀνώνυμος.
ANASTASIVS imp. post Zenonem, annis 27, menses 3: secundus Ariadnes maritus.
LEO II, iunior dictus, imp. post avum anno non 1 moriens patrem imperatorem designavit.
Hypatius dux in Oriente contra Persas, posteà autorem seditionem movit Cõstantinopoli contra Iustinianum imp.


N.
Soror Iustini ἀνώνυμος.
IVSTINVS Thrax imp. annos 9 post Anastasium: obscurissimæ originis, & in adolescentia conditionis pudendæ.
LVPICIA; quæ imperatrix Euphemia est dicta.
Dulcissimus Vigilantiæ maritus.
Vigilantia soror Iustiniani imp.
IVSTINIANVS imp. annos 38, menses 7.
THEODORA nomine & re imperatrix.
IVSTINVS II imp. annos 10, mens. 10: sub quo Longobardi in Italiam venêre. Hic liberis carens TIBERIVM hæredem & successorem declaravit, cùm IVSTINVM cognatum suum interfecisset.
SOPHIA imp. neptis Theodoræ uxor Iustiniani, eiq; ingenio non dispar.


TIBERIVS II imp. annos 4, mens. 10.
ANASTASIA uxor Tiberij.
N
Germanus belli dux, à Phoca occisus.
Charitone.
CONSTANTINA imperatrix cum marito à Phocâ trucidata.
MAVRITIVS Cappadox imp. an. 19, mens. 3: à Phocâ mactatus.
Petr°.
Soror ἀνώνυμος, nupta PHILIPPICO.
Germanus junior Orienti præfectus, cæsus à Cosroe rege Persarum.
Filia, nurus Mauricii imp. cum patre & marito Theodosio à Phocâ interempta.
Theodosius CÆSAR nuncupatus à patre, ex itinere ad Persâ à Phocâ retractus & occisus.
Tiberius cum patre, matre, fratre parvulo, & tribus sororibus mactatus à Phocâ.
Constantinus parvulus à Phocâ quoq; mactatus.
Tres filiæ cum parentib. & fratribus trucidatæ.

AMALA Hugis filius Gotthorũ princeps, quorum sedes quondam supra Pontum Euxinum fuit.


Isarna filius Amalæ.

Ostrogotha attorumque Gotthorum Orientalium & Occident. principes.

Vnilt.

Athal.

Achiulfus.



AMALASVNTHA laudatissima reginá, nulli laudatissimarum fœminarum cedens, Eutaricho nuptui data à patre.

EVTARICHVS nobilissimus atq; optimus juvenis evocatus ex Gallia a Theodorico Italiæ rege Amalasunthæ nuptiis potitus est, ante socerum mortuus.


ATHALARICVS Italiæ rex maturè ante matrem obiit, optime à matre educatus.

MATHASVENTHA nupta prius Vitigi Gotthorum regi, & cum eo in captivitatem abducta Byzantium: dein uxor facta Germani, qui fratruelis erat Iustiniani imp.


GERMANVS ex fratre, aut, ut alij volunt, ex sorore Iustiniani imp. natus, ἀδελφιδοῦς. Iustiniani a Procopio dictus.


GERMANVS juvenis fortissimus.


THEODORICI ITALIAE REGIS FAMILIA SPECIALIVS DELINEATA.




A Regum VVestgotthorum seriem, qui & ipsi ante Theodoricum Veronensem Ostgotthum Italiam invaserunt, & ex Italiâ in Galliam & Hispaniam transiverunt, (In quib. primus ALARICVS ex Balthorum familiâ, qui Romam cepit, & diripuit sub Honorio imp. ATHAVLPHVS eius cognatus, qui in Galliam ivit, RODERICVS à suis eversus, VALLIA in Gallia & Hispania latè regnans, THEODORICVS laudatissimus rex, qui in campis Catalaunicis contra ATTILAM Hunnum fortissimè pugnãs, Aetii socius, & huiusce filii THORISMVNDVS patri surrogatus, THEODORICVS iunior fratrem Thorism. in regno secutus, EVRICVS Theodoricum excipiens, ALARICVS II Eurici filius, Theodorici Italiae regis gener, aliique longo ordine floruerunt,) alibi recitabo.



MARIA Augusta.
Conon LEO III Imp. natione Isauros εἰκονομάχος, annos imperavit 24 mens. 2.
ARTABASDUS Curopalates, IMP. dictus contra Copronymum captus ab eodem & excaecatus cum duob. filijs.
Soror ἀνώνυμος nupta Artabaldo.
CONSTANTINUS V COPRONYMUS IMP. imperio praefuit annos 31, mens. 3. εἰκονομάχος, ideoque idolatris omnibus invisus.
Εἰρήνη filia Cagani Scythae regis Chazarorum, imaginum cultrix.
NICEPHORUS Caesar ex secunda coniuge natus à Constantino fratris filio oculis privatus.
CHRISTOPHORUS Caesar lingua mulctatus à Constantino fratris filio.
NICETAS lingua mulctatus.
EUDOCIMUS lingua mulctatus.
Hi tres ab Irene quoque Athenis excaecati.
LEO IIII IMP. solus post patrem imperavit annos 5 ferè, & ipse εἰκονομάχος.
ΕΙΡΗΝΗ Athenienf. Imperatrix imaginum cultus impensè dedita famina ambitiosa, ac in suos saeva: Carolo M. coaeva.
MARIA à marito tonsa, & monasterio inclusa, quae tamen et erat pudica.
CONSTANTINUS VI IMP. PORPHYROGENITUS, successit patri anno aetatis 10. Excaecatus à matre. Coepit anno Christi 780, obiit anno 798.
Theodora coniux altera priori superinducta.
Leo infans cum patre ab avia Irene excaecatus & monasterio mancipatus.
Euphrosyne nupta Michaeli Balbo impe.



BASILII MACEDONIS FAMILIA.
D
BASILIVS Macedo imp. obscurissimis parentib. natus imperium tenuit cum Michaele annum 1, solus annos 19.
Eudocia concubina MICHAELIS IMP. nupta Basilio ex voluntate Michaelis adhuc viventis.
Theodora Augusta à marito appellata.
ROMANVS Lacapenus consors imperii factus amotâ ZOE cum Constantino in ordinē penè redacto imperavit annos 26, eversus demum à liberis suis à Constantino incitatis.
ZOE uxor Leonis quarta, ducta post tres priores steriles.
LEO PHILOSOPHVS IMP. post patrem, literis impensè deditus, & insigniter eruditus, imperavit annos 25, m.ēs. 3.
CONSTANTINVS secundogenitus ante patrem sui amantissimum obiit.
ALEXANDER imp. tutor Constātini, morib. profligatis post fratrem Leonem imperio præfuit menses 13.
STEPHANVS sacris initiatus a patre.
Christophorus diademate ornatus à patre, ante eundem obiit.
Constātinus coronatus à patre, patri fidus.
Stephanus itē à patre coronatus eundem potissimū evertit.
HELENA Augusta nupta Constātino.
Hi variis casib. eversi fortunam perdidēre.
CONSTANTINVS Porphyrogenitus unicus Leonis filius, imp. defuncto Alexandro patruo, puer etiam tum imperium tenuit sub tutelâ matris ZOES, deinde cum cōsorte potestatis Romano Lacapeno, & eo demum amoto solus per annos ferè 47 à morte patrui.
Christophorus ab avo diademate insignitus adhuc puer.
Theodora Ioanni Zimiscæ imp. nupta.
ROMANVS iunior IMP. patri successit: imperiū tenuit annos 3: obiit hæredib. relictis duob. filiis BASILIO & CONSTANTINO: sed successorē accepit NICEPHORVM PHOCAM. Vxor ei prior fuisse traditur Hugonis Francorum regis filia, ἄτεκνος.
THEOPHANO uxor Romani secunda, genere ignobilis, sed formâ nobilis: post Romanum nupta Nicephoro.
NICEPHORVS PHOCAE filius, BARDAE nepos, IMP. secundus maritus Theophanonis imperare coactus, ut quidem videri voluit: cum imperasset annos 6, mens. 6, fraude conjugis Theophanonis à IOANNE ZIMISCE occisus. Atque hic imperium raptum totidem annos tenuit, maritus THEODORAE sororis Romani junioris.
BASILIVS II Porphyrogenitus IMP. successit Ioanni Zimiscæ: imperavit annos 50 & amplius post Zimiscæ mortem: cum patre verò & Nicephoro ac Zimisce nomen imperii tenuit annos quasi 12.
CONSTANTINVS senex à morte fratris imperiū iniit, tenuitq; annos 3 minus uno mense.
HELENA AVGVSTA Alypii filia, uxor Constantini imp.
THEODORA imperatrix à populo dicta contra Michaelem Calaphaten indignante ZOE sorore imperii consorte. Imperium ei relictū Monomacho moriente.
Eudocia ob deformitatē sacris sese mancipavit.
ZOE IMPERATRIX AVGVSTA, jam quinquagenaria eū imperio desponsata ROMANO ARGYRO: ter nupta, fœmina libidine & ambitione æstuans, imperii post mortem patris domina obiit septuagenaria non diu post tertias nuptias.
ROMANVS ARGYRVS IMP. dimissā conjuge priore ZOEN duxit: ab eâdem & Mich. Paphlagone eversus, cū imperasset annos 5, mens. 6.
CONSTANTINVS MONOMACHVS tertius mari' ZOES, imp. post Calaphateo: imperavit annos 12, mens. 8, imperiūq; moriēs reliquit Theodoræ sorori.
MICHAEL PAPHLAGO adulter, & alter maritus ZOES, ignobili loco natus, sed valdē speciosæ formæ, naturâ bonus, sed ob fratres avaros populo invisus monachū induit, cum imperasset annos circiter 7.
Maria nupta viro vilissimæ cōditionis, qui plcādis navibus victū solet quærere.
Ioannes spado, potens in aula, Orphanotroph' dictus.
MICHAEL CALAPHATES ab avunculo & ZOE adoptatus, & CAESAR dictus: & eodem avunculo defuncto ab avunculo altero Ioanne ad imperium promotus tum ipsum illum promotorem, tum ZOEN in exilium misit: rerum potitus est per menses 4, dies 5, vir longè pessimus, & omnib. exosus.
MICHAEL Stratioticus imp. senex à Theodora adoptatus.
A


COMNENVS, cujus prænomen ignoratur, ab Isaacio imp. non descedens.
Vxor etiam deuicta monasticum ante interitum filij induit: à filijs honorata, tandem ab inuidiam potentia sponte aulâ discessit.
Irene Ioannis Ducæ Cæsaris neptis, uxor Alexij imp. postremis annis potens apud maritum valetudinarium.
ALEXIVS COMNENVS à Botoniata antecessore IMP & Augustus appellatus eundem euertit: ingenio vario, & prauo magis quam bono. Imperavit annos 37, mens. 4: obiit anno ætatis 70, die 15 Aug. Sub hoc prima Latinorum expeditio in Palæstinam.
ISAACIVS COMNENVS fratrum natu maximus, rebus gestis clarus etiam ante fratris Alexij imperium, frater deinde adiutor, honoris ergò σεβαστοκράτωρ nuncupatus.
ADRIANVS COMNENVS tertiogenitus πρωτοσέβαστος dictus.
NICEPHORVS natu minimus σεβαστὸς cognomine honoratus, & classis Dux fuit.
Soror maior nupta MICHAELI TAronitæ, quem nominarunt πανυπερσέβαστον.
Soror altera nupta NICEPHORO MELISSENO, cui Cæsaris nomen tributum.
Nicephorus Bryennius Macedo Orestiade oriundus, à socru Irene ad rapiendum imperium, vivente & mortuo Alexio socero, incitatus.
ANNA CÆSARISSA matri carissima: virago succensens ignavi mariti regnum affectare non sudeorit: eadem literis excultissima.
MARIA.
EVDOCIA nupta Phorbeno Augustissimo.
IOANNES COMNENVS filiorum natu maximus IMP à patre successor declaratus fremente matre generi ac filiæ Annæ studiosa: vir patre melior & felicior: imperavit annos 25, mens. 8.
ISAACIVS COMNENVS fratri imp. carus, & apud eum honore florens, à patre σεβαστοκράτωρ appellatus.
ANDRONICVS COMNENVS obscuræ famæ.
ALEXIVS COMNENVS, magnus Dux appellatus, Michaeli Palæologo in præfecturâ belli Siculi successor à Manuele imp. datus.
Vxor Manuelis prior ἀνώνυμος, soror Gertrudis nupta CONRADO III imp. filia Berengarij Comitis Sultzbachij.
MANVEL Comnenus ex quatuor fratrib. natu minimus IMP & successor à patre designatus, acris quidem, sed varij ac subdoli ingenij, incesti quoq; infamatus, affinis sui Conradi III imp. exercitum in Palæstinam contra Saracenos, tandem perfidè perdidit, religionem susque deq; habuit: imperavit annos 37, mens. 9. Obijt in habitu monastico mense Septemb. an. Christiano 1180.
CONSTANTIA uxor altera, filia Raimundi Antiochens, fœmina pulcherrima ab Andronico necata.
IOANNES primogenitus à patruo ad Persas defecit & Mahometismum induit.
ANDRONICVS COMNENVS tyrannus nefarius, occiso pupillo fratris filio Alexio ipsius imperium rapuit & tenuit annos 2. Pessimo letho periit.
Frater alius natu minimus obscurus.
ALEXIVS COMNENVS πρωτοσέβαστος & σεβαστοκράτωρ, fretus imperatrice vidua Constantia, tutelam Alexij pupilli imp. & vim imperij in se vertit, in ordinem redactus & excæcatus ab Andronico, at demum ab Isaacio Angelo imp. licet cæcus bello Cyprio præfectus, & ab hoste captus.
ANDRONICVS COMNENVS Thessalonicæ præfectus, delatus apud Isaacium Angelum imp. temerè ab eo excæcatus.
MARIA nupta Alexio Hungaro: dein Italo cuidam, cui Cæsaris nomen tributum Contra Constantiam novercam, & Alexium πρωτοσέβαστον seditione in urbe concitatâ Andronicum tyrannum exulem excivit: ab eodem cum marito posteà eversa.
ALEXIVS EX incesto cum THEODORA fratris filia natus, indolis egregiæ, natus IRANES filiæ Andronici tyranni, socero carissimus & successor ab eo destinatus sed paulò post ob suspicionem sinistram excæcatus & carceri mancipatus. Demum ab Isaacio Angelo imp. in integrum restitutus & Cæsar dictus, ab eodem in carcerem detrusus patris sui delicta innocens luens.
ALEXIVS COMNENVS junior IMP. nomine potius quàm re, cæpit à morte patris anno ætatis suæ 12, desiit an. ætatis 15: de cujus tutela inter se certarunt Alexius Comnenus πρωτοσέβαστος, & Andronicus Comn. tyrannus pessimus, uterque patruo Manuelis imp. defuncti genitus: ab Andronico demùm per summum scelus occisus.
IOANNES COMNENVS legitimè natus, imp. à patre designatus: à morte patris ab Isaacio Angelo imp. excæcatus.
MANVEL COMNENVS, nothus, quem pater tumultuantè contra se populo placaturus imperatorem se dicturum professus est, ab eodem Isaacio Angelo imp. excæcatus, innocens patris peccata luit.
IRENE ex incestu cum THEODORA nata, nupta ALEXIO COMNENO filio Manuelis imp. ex incesto quoque genito patri cara.
ALEXIVS eâdem matre cum Irene editus.
DAVID COMNENVS Heracleâ Ponti, & Paphlagoniâ contrà Theodorum Lascarem potitus.
ALEXIVS COMNENVS Oenzo, Synope, Trapezunte potitus: stirps imperatorum TRAPEZVNTINORVM.



Irene uxor Alexii Comneni imp.
ALEXIVS COMNENVS primus hujus familiæ Comnenię imp.
ANNA CÆSARISSA fæmina eruditissima, & gloriæ ac potentiæ cupidissima.
IOANNES COMNENVS contra studia matris IMP. à patre designatus, princeps patre melior & felicior.
ISAACIVS COMNENVS σεβαστοκράτωρ gratiâ & honore florens apud Ioannem fratrem imp.
ANDRONICVS COMNENVS.
IOANNES magnus Domesticus & protostrator.
ALEXIVS COMNENVS primogenitus, successor à patre declarat', sed ante patrem mortuus.
ANDRONICVS COMNENVS secundogenitus ante patrem quoque obiit.
ISAACIVS COMNENVS natura iracundus & formidolosus, tertiogenitus σεβαστοκράτωρ.
MANVEL COMNENVS natu minimus IMP. familiæ suæ clarissim'.
ANDRONICVS COMNENVS imperii occupator nefarius, ingenii maximi, sed acutissimi & crudelissimi, tyrannus atrocissim', atroces tandem scelerum suorum pœnas dedit, cũ circiter triennium imperiũ vexasset.
ALEXIVS COMNENVS πρωτοσεβαστός de Alexii junioris imp. tutelâ cũ Andronico certavit, sed victus ab eo & oculis privat' est.
ALEXIVS protostrator solis suspicionibus Manuelis imp. oppressus.
Filia unica ἀνώνυμος nupta Alexio protostratori fæmina præstantissima, & mariti amantissima.
IOANNES πρωτοσεβαστός infensus Andronico tyranno ob Eudociã incestatam.
MARIA nupta Ioanni, Cæsari, Catacuceno post Theodorum Dasiotẽ prius nuptam.
ALEXIVS COMNENVS regem Siciliæ concitavit contra Andronicum tyrannum to perit occupatorem.
THEODORA à patruo MANVELE IMP. incestata.
EVDOCIA post prioris mariti necẽ ab ANDRONICO TYRANNO incestata, postea nupsit Gabræ.
THEODORA nupta prius Balduino regi Hierosolymitano Fulconis fratri, deinde ad concubitum pellecta ab ANDRONICO tyranno, ex quo geniti.
Filia altera eo filio magis quam ex se aut marito nota.
ALEXIVS COMNENVS junior IMP. anno imperii sui tertio, ætatis 15 strangulatus jussu Andronici tyranni tutoris sui.
IOAN. COMNENVS legitimo cõjugio natus, ab Isaacio Angelo imp. excæcatus.
MANVEL COMNENVS nothus ab eodem Isaacio Angelo oculis orbat' fortunæ ludibrium fuit, patre melior, cujus delicta innocens dicitur luisse.
Eirene ex incestuoso Theodora genita, nupta ALEXIO filio Manuelis imp. et fratris filia suscepto, patre quoque melior.
Filii duo matri superstites in obscuro manêre.
ALEXIVS maritus Eirenes
Eirene à patre desponsata Alexio similis simili.
ALEXIVS COMNENVS mãsit obscurus.
ISAACIVS COMNENVS capt' ab Armeniis, & ex captivitate longâ redẽptus, tandem Cyprum ins. occupavit & tenuit contra Andronicum tyrannum imperii usurpatorem, ipso Andronico deterior.
DAVID COMNENVS Heracleâ Ponti, & Paphlagoniâ potitus cõtra Theodorum Lascarem.
ALEXIVS COMNENVS Oenno, Sinope, Trapezunte potit' stirps imperatorum TRAPEZVNTIORVM.


COMNENI TRAPEZVNTE IMPERANTES.






Alexivs Comnenvs imperator.
Ioannes Comnenvs imp.
Isaacivs Comn. σεβαστοκράτωρ.
Theodora.
Constantinvs Angelvs Philadelphiensis nō magnis natalib. ortus.
Manvel Comnenvs imp. cui ex ii coniuge natus Alexius.
Andronicvs Comn. imperij occupator.
Ioannes Angelus Sebastocrator ab Isaacio Angelo dictus.
Andronicvs Angelvs Philadelphiensis, inimicus Andronici Comneni tyrāni.
Evphrosyna sororem morte affecta ab Andronico Comneno tyranno.
O
Theodorus Castamonita, in quorum curas imperij reiecit Isaacius imp. homo-ē nauco arbitrio de oppressus perijt.
Alexivs Comnenvs Iunior Imp. ab Andronico tyranno euersus.
Maria Pannonia ii coniunx Isaacij : iterum nupta Bonifacio Montisferrat.
Isaacivs Angelvs Imp. auertit Andronicum Comnenum tyrānū, à fratre Alexio in carceram detrusus, post annos 8 à filio ope Latinorum liberatus & restitutus in integrum cum filio rursū imperauit non diu cultà cum eodem concordiā.
Soror nupta Ioanni Cantacuzeno Cęsari.
Alexivs Angelvs Imp. fratre in carcerē coniecto, sed post 8 annos imperio vicissim deiectus fugiensq; insignia imperii cedit Marchioni Monferratensi Thessaliæ domino : capers filio.
N
Evphrosyne uxor.
Basilius Camaterus forori inimicus.
Filia nupta Andronico Contostephano.
Evdocia ter nupta, secundò Murzuphilo imp., 3 Leoni Securo Nauplij & Corinthi principi.
Irene i. nupta Andronico Contostephano, 2 Alexio Palæologo.
Anna i nupta Isaacio Comneno, 2 Theodoro Lascari.
Manvel Angelvs Imp. designatus à vitrico Bonifacio cōtra Baldvinvm Flandrum imp.
Alexivs Angelvs Imp. cum patre à se è carcere liberato imperium tenuit menses 6: à Byzantinis exautoratus ob suspicionem collusionis cū Latinis, successorem accepit Nicolaum Canabum, tandem ab Alexio Dvca Murzuphilo elifo gutture interemptus: à quo eodem Nicolaus quoque est euersus.
Filia nupta 1 Siciliæ regi Rogerio Tancredi nothi filio, 2 Philippo imp. occid.

BALDVINVS VIII
Fland. & Hannoniæ
Comes.




Andronicus Angelus.
ISAACIVS ANGELVS IMP. à fratre Alexio eversus.
ALEXIVS ANGELVS IMP. fratrem evertit.
EVPHROSYNE uxor fœmina ambitiosa.
IRENE secundis nuptiis jũcta ALEXIO PALAEOLOGO.
ANNA post Ioannem Comnenum nupta THEODORO LASCARI.
THEODORVS LASCARES juvenis præclaræ nobilitatis ad imperium adspirans simul cum Theodoro Duca æmulo cum Latini urbem Byzantium invaderent, & recens occupassent: dein Asiæ vicinæ Imperio potitur Nicææ sedem posuit imperavitque annos 18.
FRIDERICVS II IMP. in ascendente.
MICHAEL Angelus Thessaliæ & Ætoliæ princeps.
Eigéria filia nupta Ioanni Ducæ.
IOANNES DVCAS IMP. designatus à socero moritum Nicææ quoque sedem Imperii tenuit per annos 33 non sine æmulis: fœlix, insulis multis quoq; potitus, & partib. quibusdam Europæ.
ANNA II uxor: cui pellex fuit Marcesina.
Manfredus Siculus rex.
MICHAEL nothus Thessal. & Ætholiæ princeps, legitimis fratrib. mortuis. Cui uxor THEODORA.
THEODORVS LASCARES ex avi nomine dictus, imp. à morte patris designatus, obiit imperii anno 3 exacto, anno ætatis 36.
Helena Asanis Bulgarum principis filia decẽnis: uxor Theodori.
ANNA II uxor Nicephori, consobrina Michaelis Palæologi imp.
NICEPHORVS Thessaliæ princeps cum fratrib. tribus, Ioanne, Michaële, Ioanne notho.
MARIA prior uxor Nicephori.
IOANNES sexennis à patre moriente relictus, & imperator designatus: tandem decennis à Michaele Palæologo imp. excæcatus, & imperio exutus. Cui à patre moriente erat commendatus.
Irene nupta viro Genuensi.
THEODORA nupta Constantino Toecho Bulgariæ principi, & post Belicurto Latino data à Michaële Palæologo imp.: imo Theodora Belicurto nupta alia fuit, prioris hujus soror.
CONSTANTINVS TOECHVS Bulg. princeps.


ALEXIVS ANGELVS IMP qui fratrem Isacium avertit.
Euphrosyne imperatrix.
Alexius Palaeologus, Despotes ante soceram obijt.
Εἰρήνη secundis nuptiis juncta Alexio Palæologo.
Anna secundis nuptiis juncta Theodoro Lascari imp.
THEODORVS LASCARIS IMP.
Alter maritus.
Filia unica.
ANDRONICVS PALAEOLOGVS magnus Domestic' creat' à Theodoro II Lasc. imp.
CAESAR CONSTANTINVS Despota, & σεβαστοκράτωρ.
THEODORA imperatrix.
MICHAEL PALÆOLOGVS IMP. qui antè Niceæ in Asiâ pro imperatore se gesserat occiso Ioanne Lascare adolescentulo Byzantium à Latinis vi recepit. Hic Pera Genuensib. dedit ob præstita auxilia contra Venetos.
IOANNES Palæologus σεβαστοκράτωρ.
1 Uxor Hungarica ANNA.
ANDRONICVS PALAEOLOGVS IMP. vixit annos quasi 74. imperavit annos 50. Passus aliquoties rebellionem à nepote Andronico iuniore; fratrem germanum Constantinum Porphyrogenitum suspectum sibi in carceram compegit.
IRENE II uxor, Montisferratensis nupta Andronico anno ætatis suæ 11, anno ætatis mariti 33.
CONSTANTINVS PALAEOLOGVS Despota.
MICHAEL imp. designatus ante patrem obiit: cuius uxor fuit Maria Armenis.
IOANNES jam maritus ante patrem obiit.
THEODORVS Marchio Montisferratensis.
Demetrius.
Εἰρήνη Alamanna.
ANDRONICVS Iunior avo Imp. sæpe rebellis, demum ei reconciliatus Indict. 8, die 4 Non. Martii coronatus, postremo avi longævitatem non ferens eum scelestè evertit.
Manuel parvulus ante patrem & avum pariit.
ANNA bis nupta Theodoro Epiri & Ætoliæ pr. dein Conto Thomæ priorts percussori & successori.
THEODORA nupta Bulgariæ principi Sphendosthlabo.
IOANNES CANTACVZENVS imp. contra generum Caloioannem.
MANVEL Palæologus natu minor.
CALOIOANNES Palæol. à socero Ioanne Cantacuzeno pulsus, à Genuensib. restitutus: quib. idcirco Lesbum donavit.
Filia nupta Caloioanni Palæol. imp.
ANDRONICVS successor destinatus, ope Baiazetis patrem imperio exuit.
MANVEL Palæol. IMP. post patrem.
ANDRONICVS Palæolog.
IOANNES Palæol. imp. patri successit. Florentiæ fuit in concilio.
ANDRONICVS Thessalonicam Venetis vendidit.
MICHAEL.
THEODORVS princeps Peloponnesi turbulentus.
DEMETRIVS.
THOMAS Peloponnesi Despota, profugus Romam venit cum liberis.
CONSTANTINVS X PALAEOL. IMP. in Oriente ultimus.
Theodorus.
ANDREAS scorto usus pro coniuge.
MANVEL rediit ad Turcas.
HELENA nupta Lazaro Serviæ Despotæ
ZOE nupta Ioanni Moschoviæ principi.
IOANNES dux Moschoviæ.
HELENA nupta Alexandro Poloniæ regi.



Orthogules princeps gentis Oguziorum inter Turcas celebris sub Aladino Sulthano, oriundus è vico Soguto ad fines Mysiæ sito.

OTHMEN aliis Othmannus dictus Orthogulis fil. sub eodem Aladino, Ciliciæ præfectus: Aladino autem mortuo sibi principatum constituit, & occupatâ Prusâ in Bithyniâ, cum inter se dissiderent duo Andronici impp. Byzantini avus & nepos, sedem principatus illic posuit. Cœpit anno æræ Christianæ M CCCII, obiit M CCC XXVI. Ab hoc nomen invenit familia Othomannica.

IOANNES CANTACVZENVS imperii Byzantini occupator, in ordinem redactus à genero Ioanne Palæologo.

Duo fratres natu majores inter se de imperio decertantes: uterque ab Orchane fratre tertio eversus.

ORCHANES natu minimus imperio occupato & firmato in Asiâ, trajecto Hellesponto multa in Europâ invasit & diripuit. Nicæâ Bithyniæ quoque potitus est. Obiit anno Ch. MCCCLVII.

Filia nupta Orchani.

Emanuel.

Filia altera nupta Ioanni Palæologo.

Soleimanes natu major, cum fratre Amurate rerum potitus, ut quidam volunt, in Europa Callipolim tenuit: obiit ἄτεκνος. Alii hunc ante patrem mortuum esse tradunt.

AMVRATES I natu minor cum fratre & post fratrem imp. Turcarum, fines imperii latè in Europâ propagavit: sedem posuit Adrianopoli in Thraciâ: pace & bello bonus, amicus & socius Ioannis Palæologi imp. Byzantini: demum à transfugâ in prælio interemptus in Servia in ultionem domini injuriâ affecti, cum imperasset annos circiter XXX.

Sauces pro patre bellum in Asiâ contra rebelles Turcas, socio expeditionis Ioanne Palæologo imp. gerente, Europæa curans: reus conspirationis contra patrem cum Andronico Palæologo captus à patre, & excæcatus.

BAJAZETES I, λαίλαψ, post patrem imperium tenuit: Byzantinorum rerum arbiter, post victorias passim partas tandem à TAMERLANE Tartaro ab ipsis Turcis, quos premebat Bajazetes, ad arma inferenda sollicitato in pugna captus, & caveæ ferreæ inclusus, ac variis contumeliis vexatus misere periit. Captus fuit anno Christi MCCCCII.

Iagupes, Græcis Soleimanes dictus, mox à patris morte, cum jam adolevisset, à fratre Bajazete, gulâ laqueo fractâ, est necatus.

IOSVA vel Iesus patre capto regnum arripuit.


MVSVLMANES Iosuam fratrem regnandi cupidine evertit & occidit.


MOSES Musulmanem evertit occiditque anno Ch. 1412.

MAHOMETES I ope Græcorum lōgo bello vicit & occidit fratrē Mosen, ac post eum Mustapham, propter quē apud Græcos in custodia positum diu cum Græcis pacem coluerat. Pristinam imperio Othomannico gloriam restituit. Obiit anno Ch. MCCCCXXI.


MVSTAPHA è carcere Græcorum æmulus contra Mahometem excitatus tandem periit.


IESVS natu minimus Christianis sacris imbutus obiit.



A
Mahometes II
Aiexaira Serviæ Despotæ filia, Christiana, Amurati nupta.
AMVRATES II ortu major, fratre æmulo occiso solus terum Turcicarum potitus est. Princeps victoriosus, Constantinopolim obsedit, Græciæ & Macedoniæ maximam partem occupavit, Vngariam infestavit Christianos ad Varnam stravit. Obiit anno Christi MCCCCLI surgente.
MVSTAPHA natu minor apud Caramannum agens à morte patris, accitu Græcorum venit contra fratrem, sed ab eo per proditores in potestatem redactus laqueo vitam perdidit.
MAHOMETES II cognomento Magnus, Constantinopolim, Synopen, Trapezuntem cepit, totumque imperium Orientale, quod Græci hactenus tenuerant, delevit. Macedoniam, Græciam, Illyrici regiones rursum bello domuit: cum Vsuncassane Persarum rege in Oriente, & cum Ioanne Huniade in Vngaria conflixit: imperium à majorib. acceptum plurimum auxit. Obiit anno Christi MCCCCLXXXI, imperii sui XXXI.
Calapinus ex altera conjuge, filiâ Spanderbei susceptus: à fratre statim initio regni ejus necatus.
Mustapha juvenis acer cum patre fortiter dimicavit contra Vzuncassanem: Iconii ante patrē obiit.
BAIAZETES II patri in imperio successit: bellum contra Caithbejum Ægyptium infeliciter in Asiâ, contra Venetos felicius in Græciâ, & antè contra Vngaros & Illyrios ad Savum fl. gessit: ab Hismaele Sophy Persâ quoque latè in Asiâ victus fuit, amissis illic duob. filiis Orchane & Mahomete. Obiit anno Ch. MDXII.
Zizimus, quem Giemen etiam vocant, post tres infelices contra fratrem pugnas, quas ope Sulthani Ægyptii, & Caramanni inieret, fugâ manus fratris victoris evasit in Rhodum, atq; inde in Italiam venit, abi diu vixit: princeps præclaræ indulis.
Sciansiacus, natu maximus, ante patrē mortuus.
Achomates Amasiæ à patre præfectus in patrem senem insurrexit, à quo successor erat destinatus: à Selimo victus & occisus.
Corchutus quondam à morte avi loco patris in throno imperiali adhuc puer locatus à patre sene sceptrum reposcit: à fratre Selimo occisus.
SELIMVS natu minimus, Ianizaris carus, pro patre bellum gesturus contra Achomatem fratrem Constantinopolim venit, patremque vivum imperio exuit, & veneno necavit: item fratres & fratrum liberos omnes evertit. Occupato imperio pugnavit contra Hismaelem Sophy Pers. regem, Ægyptum cum Syriâ occupavit & imperio Othomannico adjecit: hostis infestus Christiani nominis. Obiit anno Ch. MDXX.
Mahometes ab Achomate Iconio ejectus.
Amurates fugiens apud Persas obiit.
Aladinus in Syriâ obiit.
Tres filii cum patre à Selimo patruo necati.
SOLIMANNVS filius Selimi unicus Turcarum imp. coævus Caroli V apud Germanos & Italos & Hispanos imperantis, ejusque hostis perpetuus, ut & Persarum regis: Rhodum occupavit. Meliten frustrà gravi bello petiit. Obiit anno Ch. MDXXVI.
B


Solimannus.
Mustapha ob falsam suspicionem affectati regni à noverca Rossâ suscitatam à patre innocens interemptus, juvenis præclaræ indolis.
Mahometes naturæ ductâ adhoc adolescens obiit ἄτεκνος.
Baiazetes vivo patre cum Selimo fratre de successione & imperio contendit: profugus apud Persas urgente patre periit.
SELIMVS II matre Rossâ natus patri in imperio vacuo successit. Venetis Cyprum ademit: ingenti prælio navali ab iisdem & Hispanis victus ad Echinadas insulas. Obiit anno Chr. MDLXXIIII exituro.
Giangir nato minimus auditâ morte fratris Mustaphæ horrore correptus morbum contraxit, ex quo obiit.
Orchanes, Tres filii alii: Omnes cū patre interempti.
Mahometes innocentissimos post patrem ab avo crudeliter peremptus operâ Ebraimi Bassæ, cum esset adhuc impubes.
AMVRATES III filiorum natu maximus à quinque fratrum cæde imperium auspicatus bellum diuturnū per duces suos contra Mahometem Hodabendam Persam variâ fortunâ gessit: dein Vngariâ armis turbavit. Decessit an. Christi MDXIIII surgente.
Fratres quinque pro felici auspicio imperii statim in eiusce initio à fratre Amurate velut hostiæ mactati, & magnifico funere cum patre elati.
MAHOMETES III statim à patris morte cæde XIX fratrum imperium initiavit: bellum in Vngaria & Transylvania continuavit: ventri & Veneri deditus exspiravit anno Ch. MDC.III.
Fratres numero XIX necati à Mahomete in ipso imperii ejus exordio.
ACHMETES Turcarum imp. post patrem, ingenio miti, ac justitiæ amanti, cæpit anno ætatis XV, Obiit XXIX, qui erat æræ Christianæ MDCXVII.
MVSTAGA fratri in imperio successit, è carcere in thronum imperialem à procerib. eductus anno Christi MDCXVII prid. Eid. Novemb. Sed anno sequente die 14 Kal. Martii ab iisdem proceribus in carcerem reductus.
OSMAN adolescens annorum XIII patruo Mustagæ surrogatus nunc imperat.

Homar discipulus Mahometis, & legis ejus interpres genuinus, quem sequuntur Othomanni.




CASANES gente Turca, familia Aiambejus, princeps Cappadociæ, & minoris Armeniæ, metu Bajazetis Othomanni cum filio Vsuncassane confugit ad Tamerlanē Tartarum, & ab eo restitutus est in integrum.
DAVID Comnenus postremus imp. Trapezuntinus, eversus à Mahomete II Turcarum Imp.
Sophus ex posteris Halis, qui gener & patruelis Mahometis pseudopropheta fuit, & in interpretanda lege soceri sui ab Homare dissensit, oriundus, opinione sapientiæ & pietatis apud Persas inclarescens, ac Halis sectam pene intermortuam resuscitans: floruit circiter annū ætę Christianæ 1350.
Gurda I uxor.
VSVNCASSANES cum patre militavit Tamerlani, princeps victoriosissimus, post ruinam domus Tamerlanis Persiæ & totius Orientis imperator factus, hostis Mahometis II Turc. imp. Obiit anno æræ nostræ 1478, ætatis suæ 78, die 5 Ianuarii. Ex trib. conjugib. liberos genuit.
Despœna II uxor, etiamin conjugio religionis Christianæ observātissima.
Guines filius Sophi, patre clarior, ad quem vene rationis gratia venit ipse Tamerlanes Tartarorum imp. donavitq; ei captivorum 30 millia.
Ogurlu-Mahumet, patrem bello petiit: fugit Constantinopolim: armatus in patriam reversus à patre captus & occisus est.
Masubocus ex altera cōjuge natus, reus conspirationis cum fratre contra patrē, vinctus à patre & tandem interemptus.
Sultanchali eā nocte, quā pater obiit, à Iacuppo occisus.
IACVPPVS rex Persidis & totius Orientis, patri successit, pacificus, à conjuge libidinosa veneno necatus anno æræ nostræ 1485. Post hujus mortem regnum per aliquot annos fluctuavit.
Martha vivente patre nupsit Sicairdari Harduelli.
Sicairdares Harduelles è loco natali sic nuncupatus, opinione & famā pietatis ac sapientiæ patrē & avum superans totum Orientem in se vertit: occisus à Rustano rege Pers. ab hujus potentiā sibi metuente.
HISMAEL Sophy Persiæ & totius Orientis rex potentissimus, patris, avi, proavi religionem sequens, Techellis pseudoprophetæ celeberrimi operā & familiaritate multum utens: hostis Solimanni Turcarum imp. obiit anno 1533.
TAMASVS Persarum Rex patri Hismaeli successit, hostis ejusdem Solimanni Turc. imp. sed ex hoste socius & amicus factus: regnavit annos 42. obiit anno æræ nostræ 1576, relictis filiis superstitib. undecim.
Periaconcona omnium liberorum natu maxima, testamenti paterni exsecutrix cōstituta.
MAHOMET Hodabēda fratrum primogenitus, Ariæ præfectus, à morte fratris Hismaëlis II Persarum rex, bellū diuturnū contra Amuratem III Turcarum imp. gessit haud improsperè: obiit anno Christi 1586 mense Decembri.
HISMAEL II, ex fratrum numero secundo-genitus, Pers. rex ex testamento patris patri successit, prælatus Mahometi, ingenio ferox, in religione à patre & avo, ac majorib. cæteris dissentiens: anno regni altero fraude sororis & procerum interemptus.
Aiderus tertio-genit⁹, regni affectator à morte patris, ortus studio sororis simulato, sed in ipso conatu interempt⁹.
Maumet.
Solimannus.
Mustapha eadē matre natus cum Periacōcona sorore.
Alii fratres numero 5.
Emir-Hamza primogenitus, juvenis princeps fortissimus, & omnibus modis egregius, fortem operam patri bello Turcico præstitit: ante patrē non sine fraudis fraternæ suspicione periit anno Ch. 1586.
ABAS Mirza Prorex Ariæ vivente patre, de affectatione regni patri suspectus, à morte eius Rex Persiæ & Orientis declaratus.


Arnoldus Ariberti filius, Clotarii Magni Francorum regis ex filia Biltilda nepos.
S. Arnulfus dux, & post defunctam conjugem, genitosq; liberos Episcopus Metensis.
Pipinus Landesius præfectus Brabantiæ.
Ansigisus dux secundo-genitus.
Begga nupta Ansigiso.
S. Gertrudis rectrix cœnobij Nivellensis.
Plectrudis conjux Pipini legitima.
Pipinus Crassus præf. palatii potentiss. regum Franciæ. rector.
Alpaidis concubina.
Drogo palatii præf.
Grimoaldus palatii præf. gener Radbodi regis Fris.
CAROLVS MARTELLVS patre potentior & regum quoq; rector, reb. gestis clarissimus.
PIPINVS BREVIS ex palatii præfecto Francorum REX factus, coronatus à Bonifacio archiepiscopo Mogunt.
Carolomannus primogenitus spõte cucullam induit.
Grypho nothus.
Hildegardis Sueva, uxor secunda.
CAROLVS Magnus Francorum rex, & Romanorum IMP. obiit anno Christi 814.
CAROLOMANNVS Soessionum rex.
Carolus primogenitus reb. gestis clarus, triennio fere ante patrem obiit.
PIPINVS Italiæ rex cũ patre, quadriennio ante patrem obiit.
LVDOVICVS Pius IMP. post patrem: obiit anno 840: cui ex priore conjuge Hermengarde nati tres filii.
Judith filia VVelphi Suevi, secunda uxor Ludovici Pii.
Bernardus Italiæ rex cum avo & patruo: ob res novas tentatas oculis à patruo privatus.
LOTARIVS IMP. post patrem: obiit anno 856 in cucullâ apud Prumienses.
PIPINVS Aquitaniæ rex, obiit ante patrẽ.
LVDOVICVS Germaniæ rex, obiit anno 876.
CAROLVS Calvus rex Galliæ, & à morte Ludovici II IMP. obiit anno 877.
LVDOVICVS II IMP. patri successit anno 855: obiit anno 875.
LOTARIVS rex Lotaringiæ, amore Valdradæ concubinæ insaniens.
CAROLVS rex Burgũd. & partis provinciæ Narbon. obiit ante fratres ἄπαις.
PIPINVS ob rebellionem ab avo relegatus, reconciliatusque Aquitaniã tenuit.
CAROLOMANNVS Bavariæ rex: cui ex nobili concubinã Carentiõ natus
LVDOVICVS junior Germaniæ rex, obiit anno 882.
CAROLVS III Crassus IMP. Germaniã, Italiã, Galliam tenuit: obiit anno 888.
LVDOVICVS Balbus IMP. & Galliæ rex, obiit anno 879.
Roso provincia Narbonens. & Burg. superioris rex beneficio Caroli Calvi imp. sororij sui.
Hermengardis nupta Boloni, mater Lodovici regis Italiæ.
Hugo ex concubinâ Valdradâ natus, abbas vulgo dictus.
Lotarius Comes Arelatensis: cui uxor Bertha.
ARNVLFVS IMP. post patruũ Carolũ III Crassum, obiit anno 899.
LVDOVICVS nothus Galliæ rex.
CAROLOMANNVS nothus Gall. rex.
CAROLVS SIMPLEX, posthumus legitimè natus Galliæ rex infelicissimus.
LVDOVICVS Italiæ rex contra Berengariũ I: ab hoc captus & excæcatus.
HVGO evocatus ab Italis cõtra Berengariũ, Italiæ rex. cœpit anno 926, obiit 948.
LVDOVICVS IIII IMP. infœlix contra Vngaros: obiit anno 911.
Lugardis nupta Ottoni Saxoniæ duci, mater Henrici Aucupis imp.
LVDOVICVS IIII TRANSMARIN. Galliæ rex, matre Angliã natus.
LOTARIVS Italiæ rex cum patre & post patrem, à Berengario II everius anno 949.
LOTARIVS II Galliæ rex post patrem.
Carolus Lotaringiæ dux captus ab Hugone Capeto rege in carcere obiit.
LVDOVICVS V Galliæ rex, ultimus Carolinorũ.

Thiadericus Saxo Sichardi filius contra Carolum Martellum Francorum principem bellum gesart.

VVernechinus Saxo dux Angrivariorum.

Bruno fratet VVitikindi magni, quem perperam VVigberti filium fuisse asserit Albertus Crantzius.

VVITIKINDVS Magnus dux Angrivariorum, hostis perpetuus Caroli Magni.

Oda *ex Francia orientali oriunda.* — **Ludolfus** dux Saxoniæ, fundator collegii Gandersheimensis.

VVigbertus fundator collegii in VVildeshuyseo, ubi est sepultus. Ei nati ex filia Radbodi regis Fri.

VVitikindus junior.

Tanquatdus.

Bruno conditor aut instaurator urbis Brunsvicei, in prælio contra Danos occubuit.

Otto magnus dux Saxoniæ post fratrē Brunonē, grādævus imperiū sibi delatū recusavit à morte Ludovici IIII autē; fuit ejus tradendi Conrado I.

Ludgardis nupta Ludovico IIII imp.

VValbertus VVildeshuse juxta patrem sepultus.

Bruno

Ditgremus.

VVitikindus suspicis Caroli Calvi bellum in Gallia gessit contra Normannos: præfectus ANDIVM.


Thiadericus socer Henrici Aucupis.

VVitikindus.

Immodus, ex quo orti principes Sabaudi.

Dietmarus.

Robertus dux AND. in Galliā contra Normannos arma ferens periit.



Tancmatus antē patrem obiit.

Ludolfus quoque ante patrem obiit.

HENRICVS Auceps IMP. ex consilio antecessoris Conradi I designatus. — **Mathilda** nupta Henrico Aucupi.

Almarus, ex quo Marchiones Monstisferrat. in Italiā orti.

Dietericus, stirps Marchionum Misniæ.

OTTO Eudus Galliæ dictus, tutor Caroli Simplicis, cōtraq; eundem REX: quem tamē moriens legitimum regem dixit.

ROBERTVS præf. palatii fratris: post mortem ejusdē contra Carolum Simplicem REX.

Tanquatdus Aucupis filius altā matre natus.

OTTO I IMP. Saxonicæ gentis clarissimus & potētissimus: cui ex duab. uxorib. nari.

Bruno archiepiscopus Coloniensis, & Lotharingiæ gubernator.

Gerberga nupta, I Giselberto Lotaringiæ ab Ottone donato, 2 Ludovico Trāsmarino Gall. regi.

Henricus rixosus dictus, bis fratri rebellis quamvis Bavariæ dux ab eo designatus acceptā coniuge Arnulfi ducis Bavari filia.

Adelheidis nupta Hugoni magno Comiti Parisiorum. — **Hugo** magnus Comes Parisiorum, abbas dictus, regum Gall. rector.

Emma nupta Richardo I duci Normanniæ.

Vxor nata matrimonio filia Hermāni alt. ducis Suevia. — **Ludolfus** patri rebellis, post reconciliationē dux Sueviæ ab eo factus.

Ludgardis nupta Conrado Sapienti, socero rebelli.

Guilhelmus archiepiscopus Moguntinus.

Henricus insurgens contra patrem cum fratro Conrado.

Bruno.

OTTO II IMP. natu minimus: cui nupta fuit Theophania Constantinopolitana.

Henricus Hezelo Ottoni II imp. adversans Bavariā ab eo ejicitur.

Bruno frater Hezelonis.

Hvgo Capetus rex Galliæ, stirps sequētium regum Galliæ sanguinis Saxonici.

Otto dux Burg.

Henricus post fratrē dux Burgundiæ.

Bruno Marchio Saxoniæ.

Otto dux Sueviæ.

Adelheidis rapta ab Alramo Monferratense Saxone: unde Mōferrateoses in Italia.

OTTO III IMP in Italiā veneno infectus periit ǣtatis anno tnnx.

Hugo

HENRICVS II IMP. Sanctus, Bavariæ dux, obiit ǣtatis an. 1024.

Gisela nupta Stephano Vngariæ regi.

Ludolfus heres Ottonis III imp. in Saxonia.


Conradus dux Sueviæ obiit ǣtatis anno 1012.


Eccardus periit in Saxonia.


Bruno P. P. creatus ab Ottone III imp. dictus Gregor. V.


Egbertus Marchio Saxoniæ.

Bruno Marchio Saxoniæ in Thuringia cæsus in prælio ab Ottone Thuringo.



HENRICVS Aoceps primus Saxnnicæ gentis diademate totius Germaniæ ornatus.
Mathilda uxor Henrici ex eadem gente & posteritate VVitikindi.
OTTO I imp. totius gentis Saxonicæ & ante & post sa longè clarissimus & maximus, obiit anno Christi 974.
Editha regis Angl. filia, prior Ottonis uxor.
Adelheidis Lotharii regis Italiæ vidua, posterior Ottonis uxor.
Henricus Rixosus fratri Ottoni rebellis, Bavariæ ducatu ab eodem reconciliato ornatus, princeps fortis: obiit anno 955.
Vxor ἀνώνυμος, filia Arnulfi ducis Bavariæ.
Hermannus Sueviæ dux ultimus sua domus.
Filia ἀνώνυμος nupta Ludolfo.
Ludolfus patri rebellis, beneficio ejusdem Sueviæ dux, obiit anno 957.
OTTO II imp. fratrum omnium natu minimus, obiit anno 983.
Henricus Hezelo dux Bavariæ, æmulus Ottonis II imp. Bavariâ ejectus, obiit an. 995.
Bruno in Saxoniam dicitur revertisse & partem ejus tenuisse.
Otto Sueviæ dux post Burchardum, qui Ludolfo successerat: cœpit anno 973, obiit 982.
OTTO III imp. matre Theophania Græca natus, obiit ἄτεκνος anno 1002.
HENRICVS II cognomento Sanctus imp. Ottoni III successit: obiit an. 1024 ἄτεκνος.
Bruno Marchio Saxoniæ primus maritus Giselæ; quæ tertiis nuptiis juncta fuit Conrado II imp.
Conradus dux Sueviæ obiit anno 1012.
Bruno Papa Rom; creatus ab Ottone III imp. Gregorius V dictus, obiit anno 991.
Ludolfus Marchio Saxoniæ privignus Conradi II imp. à quo multis ditionib. auctus est in Saxonia mediterranea, quas antea tenuerant Otto III. & Henricus II Imper.
Otto Saxo origine, Egbertorum agnatus dux Bavariæ factus beneficio Agnetis matris Henrici IIII imp. anno Christi 1061, ab ipso Henrico posteà Bavariâ exutus in Saxoniam rediit, ubi consilia cum Saxonib. sociavit contra imperatorem.
Egbertus Marchio Saxoniæ fratre cæso hostes eosdem eâdem pugnâ vicit, patruelis Henrici IIII imp. & eidem fidelissimus.
Bruno Marchio Saxoniæ, cæsus in itinere ab Ottone Marchione Thuringiæ an. 1057.
Henricus Crassus Comes Northeimius potês in Saxoniâ, à Nordanis in Frisiâ cæsus cum exercitu.
Gertrudis amplissimarum ditionũ in Saxonia post necem fratris hæres, nupta Henrico Crasso.
Egbertus Marchio Saxoniæ postremus hujus familiæ, dominus Bronsvigæ, hostis infestus Henrici IIII imp. demũ victus fugiensq; in molendino prope Brunsvigam à satellitibus imperatoris occisus.
LOTARIVS II imp. Saxo, Luderus Saxonib. dictus, filius Gebhardi Comitis Suppelenburg. æmulus Henrici V imp. & Conradi III Suevi.
Rixa nupta Lotario Saxoni imp. opum paternarum & maternarum hæres.
Gertrudis nupta Henrico Superbo duci Bavariæ.
Lotarius ante pubertatis annos mortuus.
Heiduvigis nupta Lodovico primo Lantgravio Thuringiæ.



Otto princeps Franciæ generis.
Conradus superioris Burgundiæ rex.
N
Cuno vel Conradus, Carinthiæ dux.
Henricus vel Henzelo.
Adelheidis ducissa Alsatiæ.
Herman
una dux Sueviæ Henrici II imp. propinquus.
Gerberga.
Rudolfus ultimus Burgundiæ rex ... haeredem instituit Henricum III imp.
Bertha filia altera.
Cuno vel Conradus Carinthiæ princeps, Conradi II imp. patruelis & æmulus.
Bruno episcopus Herbipol.
CONRADVS II imp. ad quem Rudolfus Burg. rex moriturus regni sui insignia misit. Obiit an 1039.
Gisela tertiis nuptiis juncta Conrado II imp. post Brunonem, & Ernestum Suevum: obiit anno 1043.
Odo Campanensis de Burgundia cum Conrado II imp. contendit & dimicavit, sæpiusque victus tandem occubuit.
Agnes filia Gullhelmi Pictaviens. ducis Aquitaniæ, post Cunegundam uxorem ejus priorem mortuam Henrico III nupta.
HENRICVS III imp. & Burgund. rex, obiit anno 1056.
Iudith desponsata Salomoni Vngaro.
Mathildis nupta Rudolfo Reinfeldensi, duci Sueviæ.
HENRICVS IIII imp. septennis patri succedens, princeps fortissimus & victoriosissimus, diversatus à Papis R. demum imperio exutus per filiũ, obiit anno 1106. Cui ex Berthâ conjuge nati
Conradus adhuc puerulus à matre Bavariâ donat. sed mox à ... eique in Bavariâ surrogatus Otto genere Saxo.
Itha nupta Leopoldo III Marchioni Austriæ, duci Sueviæ.
Conradus à Papâ Rom. contra patrẽ incitatus armatusque, ante patrem obiit in Italia ...
Bertha nupta Marquardo duci Carinthiæ, & Marchioni Stiriæ.
HENRICVS V imp. autore Papâ patrem imperio exuit: ipse dein variâ fortunâ usus, & Papales vexationes perpessus obiit an. 1125 ...
Agnes bis nupta: 1. Friderico ab Hohen Staufen duci Sueviæ, 2 Leopoldo IIII amitino suo Marchioni Austriæ.
Fridericus ab Hohen-Staufen dux Sueviæ creatus ab Henrico IIII imp. socero suo post cædem Rudolfi Reinfeld. pseudo-cæsaris.
Berengarius Comes Sultzbachius.
MANVEL Comnenus imp. in Oriente.
Friderica soror Gertrudis, nupta Manueli Comneno imp. Orientis.
Gertrudis filia Berengarii Comitis Sultzbach.
CONRADVS III imp. æmulus Lotarii Saxonis, dux Franciæ orient. factus ab avunculo Henrico V imp. exercitum duxit in Palæstinã: obiit anno 1152.
Fridericus dux Sueviæ princeps strenuus: cui nati ex duab. conjugib. Iudithâ Bavarâ & Agnete Sarburgiâ.
Maria nupta Alexio Vngaro, deinde Italo cuidam, qui Cæsar appellatus.
Henricus à patre consors imperii factus, ante reditũ ejusdem ex Palæstina mortuus.
Fridericus cura Friderici I imp. commissus à patre moriente, peste periit in Italia.
FRIDERICVS I imp. reb. magnis gestis inclytus, sed cum ambitione, & nequitiâ Paparum R. diu conflictatus, eundem exercitu in Asiam ducto in Armenia periit anno 1189: natus ex Iuditha sorore Henrici Superbi, & VVelfi I. s Bavari.
Conradus Comes Palatinus Rheni, natus ex Agnete filiâ Friderici Comitis Sarburgici.
Agnes nupta Henrico Saxoni, filio Henrici LEONIS.



FRIDERICVS I IMP. cognomento Barbarossa.
Beatrix filia Reginaldi Comitis Vesentionensis in Burgundia.
Constantia heres regni Siciliæ & Neapol. quinquagenaria nupsit Henrico VI.
HENRICVS VI imp. & per uxorem rex Siciliæ ac Neapol. obiit anno 1198.
Fridericus post patrem in Asia periit.
Otto Comes Burgund.
Conradus dux Sueviæ.
PHILIPPVS Tusciæ & Sueviæ dux, imp. post fratrem Henricū: occisus ab Ottone VVitelspachio Bavaro anno 1208.
Irene Constantinopolitana.
FRIDERICVS II imp. Siciliæ, Neap. Hierosol. rex, multa perpessus à Papis Romanis, tādem à filio notho Manfredo, ut fertur, suffocatus anno 1250.
Constantia Aragonia regis filia, prima Friderici II imp. conjux.
Iole filia Ioannis Brenni regis Hierosol. secunda Friderici II uxor.
Cunigunda nupta VVenceslao Bohemo.
Elisabeth nupta I duci Brabantiæ, 2 regi Hisp.
Beatrix nupta Ottoni IIII imp.
Henricus dux Sueviæ rex Romanorum à patre creatus, ab eodē patre offenso propter conspirationem in carcerem conjectus, ac in eo mortuus anno 1236.
CONRADVS IIII imp. rex Siciliæ, Neap. Hierosol. dux Sueviæ, infensos etiam Papas Rom. expertus, æmulum habuit Guilhelmum Holland. Comitem, obiitque anno 1254.
